


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

D A Box

No. 2937.



M. Tucher fecit

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

DES

Qu

SAT
CHER
mùm à m
nunc a
con

IN C
RA EG
elogia,il
cùm

M. C

C
ADIEC
narrati
ſtre

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

DESCRIPTIO BREDENBERGAE,

Quæ eſt arx in Hol-

SATIA SIVE CIMBRICA CHERSONESO SITA, CONDITA PRImùm à magnanimo heroe, D. Ioanne Rantzovio, & nunc ab eius filio, D. Henrico, regis Danorum conſiliario, & in ducatibus Holſatiæ, Sleſvici atq; Dithmarſiæ vicario, novis ædificijs eleganter inſtaurata exornataq;:

IN QVA INTER CAETERA EGREGIA ETIAM PRAECLARA elogia, illuſtrium bellica virtute heroum ac ducum, cùm ſuperioris tùm noſtræ ætatis, verſibus explicata, lectuq; digniſsima viſuntur.

AVTORE,

M. Georgio Cruſio Hannoverenſi.

Cum præfatione Ioachimi Camerarij.

ADIECTA EST PRAETEREA BREVIS narratio rerum geſtarum, vitæ obituſq;, nobilis ac ſtrenui viri, D. Danielis Rantzovij, copiarum Sereniſſ. regis Daniæ Friderici II. in Suecos primarij ductoris.

David Vagnr
Hamburg.
Anno 1597.
11. Januarij.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

NOI
TO, F
gis Da
bus, H
ſiæ V
gæ, F
gi &

ſimul
præſt
iuſtiti
mi ſiu
ex tur
ſtitia
limi ſ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

NOBILI EQVITI HOLSATO, HEINRICO RANTZOVIO, Regis Danorum Friderici II. in ducatibus, Holſatico, Sleſvicenſi & Ditmarſiæ Vicario conſiliarioq́ꝫ, Bredenbergæ, Rantzovisholmiæ, Vandesburgi & Tuſculabecani Domino, Patrono & Mecœnati ſuo obſervandiſsimo,

S. D.

DICTVM, PATRONE optime, in multorum eſt ore: Quem ingratitudinis reũ feceris, eum meritò omnium viciorum inſimulabis. Nã ſicut gratitudo duabus præſtantiſsimis virtutibus, veritate & iuſtitia, quibus homines DEO proximi fiunt, conſtat: Ita ingratitudinem ex turpiſsimis vicijs, Mendacio et Iniuſtitia, quibus ἀρχιψεύστῃ Sathanæ ſimillimi ſumus, conflari neceſſe eſt: ex qui-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

bus ſi nō pullularet, velut ex radicibus,
tota viciorum arbor, virtutum tamen
adnata, ſi quæ eſſe poſſent, ceu taxi præ-
ſentiſsima umbra, infuſcarentur & de-
decorarentur:

Etenim ſtatuę virgineæ affaberrimè
factæ, vel ipſi etiam Pandoræ ocelli ex-
culpantur, labella utraq; detruncentur,
quid artis, quid pulchritudinis reliquo
corporis trunco erit? Evellatur pectori
gratitudo, virtutum lumen & præco, fi-
lia iuſtitiæ et veritatis, quid boni amabò
remanebit? quid inhoneſtius, tetrius, de-
teſtabilius apparebit? Summis itaq; vi-
ribus omnibus enitendum, ne virtu-
tum decus veneno ingratitudinis infi-
ciatur, conſpurcetur, funditusve eradi-
cetur. Quanquam verò ego ab ingrati-
tudinis humo me quoq; tollere, ut de-
cet, cupio, quia tua amplitudo, Domine
humaniſsime, me nullo non genere be-
neficiorum obruit (quod, ne in os lau-
dantis exiſtimetur, oro) Tamen cum

te,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

te,cum meas vires, cum inæqualitatem retalionis ęqua lance trutino, totus hor-reo tremoq́; , atq; animi religio triplici hoc ariete labefactata cadit. Equidem video meliora proboq́;, ſed ipſam grati-tudinem præſtare re,

Hoc opus, hic labor eſt, pauci, quos æquus amavit
Iupiter, aut culto verſu exornavit Apollo,
Eſſe queunt vere grati.

Quis enim ego ſum, Vicarie Regie, vir ampliſsime, quæ ingenioli noſtri li-teris paululum tincti copia, ut te virum nobilem, prudentem, ingenuis artibus expolitum, quæ inter nobiles in tua pa-tria (abſit invidia dicto) rariores ſunt, interpellare meis ſcriptis in animum in-ducere poſsim, imò, ſi Dijs placet, gra-tiam referre? Egregia ſcilicet recompen-ſatio, ἀντὶ χρημάτων ἀσκὸς ῥημάτων, nec quidem omniū domi noſtræ natorū. Nihil ferè hîc non tuum, nihil non ex tui ipſius Muſæi viridario decerptum: nihil pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

pemodum meum, niſi labor colligendi, arcemqꝫ utcunqꝫ adumbrandi.

Quapropter niſi tua magnificentia animi grati ſtudium, aut, ſi ita mavis, gratitudinem mancam æqui boniqꝫ fecerit, me in ære tuo, nec ſolvendo eſſe, nec tuis in me ampliſsimis beneficijs poſſe aliud ſpecimen gratitudinis dare, cogor fateri. Attamen, ſpectatiſsime Domine, ut tua beneficia dignitate longè præcellunt, ita remunerandi vicem non repoſcunt à privato, ſed contenta voluntate erunt, nec tàm loquentem parcè, quàm ſentientem largiſsimè ſpectabunt. Non diſplicet Deo pauper, qui cum nullo modo poſsit hecatombas immolare, voluntatem optimam offert illi. Equidem ut cogito, conſuetos ſuccos non tàm nauſeam movere interdum, quàm palatum diſſuaviari: Sic non æquè gratum, novum fœtum ſemper obtrudere, quàm emblemata, gnomas, verſusqꝫ notos, in arce tua hortoqꝫ

hinc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

hinc inde diſperſos, una quaſi lance tibi proponere intuendos.

Nam cum minimum tempus ſis domi tuæ, plurimum te negocia publica diſtringant, te rex Daniæ, te duces Holſatiæ, te patria, comitiaq́ amiciq́ hinc avocent, te ſuum quisq́ ſibi ſoli perpetuò expetat, mirum non fuerit, te deſiderio tuorum verſuum, quibus æra, tabulæ, parietes, lapides, ipſa quoq́ ſpecularia feneſtrarum ſcatent, teneri, & nomenclatorem, qui in memoriam redigat, exoptare. Non opus habeo dicere, quę ſit in lectores hinc redundatura utilitas. Quippe heroũ vita verſibus hîc deſcripta breviter delectat et docet: Quemadmodum etiam diverſæ ſententiæ ex varijs autoribus decerptæ, et paſsim parietibus cubiculorum tuorum aſcriptę, normam vivendi oculis ſubijciunt: Ad quam rem non parum etiam adfert momenti votum illud tuum, quod nuperrimè ad imitationem Xenophontis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

(quem domi foriſq; in ipſa iactatione itinerum, ceu alter Aphricanus Scipio, inexhauſta cupiditate legendi conteris) à te eſt factum. Nam quale etiam de te verſibusq; tuis clariſsimus vir D. Ioachimus Camerarius, in græca & latina lingua eximiè doctus, fecerit iudicium, ſubſequens Epiſtola, quam perlectis tuis verſibus ad doctiſsimum virum Eraſmum Kirſtenium Iuriſconſultum perſcripſit, teſtatur. Quamobrem here & Mecœnas optime, patere obſecro, me tibi de me optimè merito gratum de tuo præbere, nam de meo haud poſſum, ut, quocunq; modo licet, abominabile ingratitudinis vicium effugiam: patere, ſi ita videtur, verſus & emblemata, quibus arcem tuam exornâſti, etiam peregrinis me cognoſcenda exhibere. Vale Patrone optime, & me tui obſervantiſsimum, qui contuli me in fidem, clientelamq; tuam, amare & tueri, quod facis, deſinere noli. Datæ in arce tua Breden-

den-

denberga, Anno ab orbe redempto ſexageſimo octavo, ſupra ſeſquimilleſimum. 4. Id: Novembris.

FRIDERICI tuæ præſt: filij Præceptor,

Georgius Cruſius Hannoverenſis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

IOACHIMVS CAMERARIVS D. ERASMO KIRSTENIO IVRISCONſulto clariſsimo, S. D.

PErlegenti mihi ſtudioſè & magna cum voluptate, propter tam elegantiam, quam varietatem, verſus nuper abs te mihi traditos, in mentem venit, autorem verè poſſe de ſe uſurpare ἀρχιλόχειομ iſtud:

Εἰ μὶ ἐξ ἐγὼ θεράπωμ μὲν ἐνυαλίοιο ἄνακτος
Καὶ Μουσέωμ, ἐρατὸν δῶρομ ἐπιστάμενος.

Atque coniungi aliquando hæc, ſicut ſecundum Platonem potentiam interdum & ſapientiam, ſtatuendum, ſed copulatio iſta admodum rara, & ideo præclarior eſt. Lectionem modo hæ, modo illæ interpellationes impedivêre. Notavi σφάλματα quædam γραφικά, remittoq; ſcriptum tibi fortaſſe ſerius quàm debui.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

debui. Sed tua humanitas moram iſtam boni conſulet. Aſsignatum munus tibi feliciter evenire ex animo cupio. De libellis autem ut gratias, ei qui donavit, meo nomine officioſè agas, abs tua humanitate peto.

VALE.

DE-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

DESCRIPTIO BRE-
DENBERGAE.

SI quid eſſet in me ingenioli, lector
candidi, aut ſi quis uſus, exercitati
ve quippiam deſcribendi, aut ſi ſc
entia aliqua à ſtudijs ingenuarum a
tium profecta, earum rerum omniu
vel inprimis arx Bredenberga fructu
iure ſuo ex me ferret. Nam cúm e
hac certatim proſiliunt Mecœnates &
alumni Muſarum, tùm verò ego i
ea, ceu Alcyonio nido, delitui hactenu
nepotesq́ conditoris nobiliſsimi h
rois, quod potui, literis, moribus, &
pietate inſtitui, doctrinæq́ preciu
præter alia, favorem viri principis Ho
ſatici & fero & tuli. Quod ſi caſulæ i
terdum, quæ vos pluvia & nocte i
gruente excepit, honorificam facit
mentionem, quibus verbis arci, quæ m
diutius fovet, honores habendos, gr

tiasq́

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

tiasqꝫ referendas cenſetis?

Etſi equidem nihil in me eiuſmodi eſſe video, quo pro meo in arcem animo, proqꝫ eius in me merito, verbis perſolvere mercedem beneficij poſsim, nedum illuſtrare: Tamen quemadmodum ſpero, & quæſo à vobis, inopi, qui gratiam referre non poteſt, veniam dabitis, ſi habere & agere vel balbutiens nitatur. Etenim aiunt boni, ſi optio detur, ſe malle fidem grati animi ineptè dicendo acquirere, quam dicendo malè audire. Quod ſi autoritas eorum, ut par eſt, valebit, ad gratiam mihi tribuendam, benevolentiamqꝫ impertiemini, efficiam profectò, ut quanquam arx dicendo oculis ſubijci à me nequeat, tamen ſitum, firmitatem, gratiamqꝫ eius quaſi per tranſennam, prætereuntes ſtrictim aſpiciatis, dignamqꝫ iudicetis, quæ non hac mea ſtridenti ſtipula diſperdatur, ſed ab ingenioſiore quo-

piam,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

piam,quod ſaxit Deus quàm primũ
tuba decantetur, & cum illa ſimul me
moria conditoris æternitati conſecra
tur. Bene enim de ſua patria meretu
qui eam munit ædificijs & exornat.

Nòn minus autem delinquunt,qu
non accuſant vaſtatores patriæ, quàn
qui non laudant eam excolentes, qu
uterq; præmium ſuum, ille ignom
niam, hic honorem reportet. Id eg
quoq; ſi tentare, & fortaſſe produ
ctius in conditoris laudem excurrere in
terdum videbor, etiam atq; etiam ex
ſtimetis, me non iniuria operis auto
rem cum opere ipſo ſociare. Arx auten
ut initium noſtræ narrationis inde na
ſcatur, eſt ſita in ea Transalbinæ & Ci
terioris Cimbricæ Cherſoneſi parte, cu
Idiomate Holſatorum Incolarum Sto
mariæ eſt nomen, ad occidentem pag
Bredenbergæ oram, inter Storam flu
vium & Vellulam ſylvam, in clivo, qu

perpe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

perperam montem appellitant, ita levi-
ter & ſenſim conſurgente, ut cùm te a-
ſcendere non putes, ſentias aſcendiſſe.
Aequata agri planicies circum circa eſ-
ſet, uſquequà proſpectus ferè patet, niſi
foſsis interciſa hiarent arva. Veriſimile
autem videtur, hunc clivum non multis
ab hinc ſæculis Storam maritimo æſtu
exundantem eructaſſe.

Nam cum foſſa arcis duceretur, cau-
dices querni ex alto ſolo ſunt eruti: Di-
ſpoſitio etiam ſilicei clibani, nec non alia
obrutarum domuum veſtigia à notis
mihi & fide dignis viris ſunt viſa, de-
cennio antè ab hinc, cum tumulum, qui
circa arcem erat, deprimere in altitudi-
nem non longè imparem alveo Storæ
conarentur, ut, aggere tormentis rupto,
ſpumeus amnis exiret, hoſtiq; ad arcem
aditum præcluderet. Ad hæc accolæ
mentionem faciunt inundationis ſalſæ,
& quam vocant S. Galli, ſed quæ egeſ-
ſerit clivum, liquidò ſciri non poteſt.

Vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Vtut ſit, id conſtat, eas furenter cumulo per arva latas eſſe, cum ſtabulis armenta traxiſſe, omnia confudiſſe & vaſtâſſe: hunc verò clivum arcis, nec antiquitate, nec naturali munitione, nec elegantia, ſed conſilio, induſtria atq; opere incomparabilis Herois Iohannis Rantzovij, primùm anno à nato redemptore ſeſquimilleſimo ſupra trigeſimum innotuiſſe, nobilitatum & munitum eſſe, ſicut illi tertias, inter Holſatica munimenta, hi nunc deferant, qui oppugnationum non imperiti habentur. Quanquam me non fugit, ut cætera plæraq; , ſic arcem plurimùm ſpectari ex autore, eumq́; illi famam præclaram conficere: Tamen ex ipſo artificio & firmitate non minimo æſtimatur. Etenim foſſa profunda circumcircà eſt ducta, octogenos quinos lata pedes, in cuius ferè medium demiſſus arrectus ordo vallorum præacutorum, inter ſe tranſverſarijs coniunctorum, qui

non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

non amplius duobus cubitis ex aqua eminẽt, ut qui tranſilire eos pararit, ubi tranaverit, ſe ipſe ijs induat, ſit neceſſe.

Tranſitus foſſæ, ad æquinoctialem exortũ ſpectans, ponte ſublicio eſt coniunctus, interciſus alijs duobus ponticulis penſilibus, quorum anguſtior pedibus, latior curru vel equo tranſmittitur, uterq́; ſubductus portarum munus obit: Vnde ſubductiles licebit voces. Mœnia autem lateribus deunce longis ſunt exſtructa, quadrata, ſicut & vallum, cui prætenduntur paribus lateribus: eorum ſingula pedes habent quadringentos, ſexagenos quaternos. Circuitus itaq; tenet paſſus trecentos ſeptuaginta unum. Etſi quidem prudentiſſimum virum Rantzovium nõ latuit, directum quadratumq́; opus, ob excurrentes angulos, facilius à machinis diſſipari, rotundationes ad centrum adigi: quadratam tamen mœniorum formam utiliorem hoc loco eſſe iudicavit. Nihi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

lominus tamen curavit, ut rotundæ tu
res proiicerentur in exteriores partes a
gulorum duorũ: Vna ad orientem hy
bernum, unde Vulturnus, quẽ Græc
Euronotũ vocant, ſpirat: altera ad Cau
rũ, qui ab occaſus æſtivi ſolſtitialis me
ta, inter Favonium & Septentrionari
volat. Huius turris diameter eſt ſexage
nûm ternûm pedum. Peripheria itaq
habet centũ, nonaginta octo pedes. Am
bitus enim extremus circuli ter contine
dimetientem ſuam, & dimetientis pau
lò minus ſeptimam partem.

His turribus, ſeu propugnaculis loc
oportunis id eſt conſecutus, ut ſinguli
bina latera, dextrumq; læuumq;, com
modiſsimè tutentur. Nam globi ex to
mentis æneis per feneſtras emiſsi, ar
ceant ſubiens agmen, abripiantq; mul
tos ordinatim, eſt neceſſe. Itur omnino
ad turres haſce deorſum verſum crypto
porticibus, porrectis ſubter vallum cen
tenos & ſexagenos cubitus: quorũ ubi

cen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

centenos fueris emenſus, occurrunt foriculæ, ſingulos duntaxat viros ſimul admittentes: quarum egregius eſt uſus, cum poſt mœnia ex tuto quid moliendum. Porrò ad dexteram eius teſtudinis, ad turrim, quam diximus iacere ad Caurum, ædificatus eſt nefariorum ſcelerum cohercitor & vindex carcer. Ei vero, quę ad Euronotum vergit, ut alia omittam, fornicata domuncula eſt contigua, in qua vaſculis, quas cucurbitas à forma vocant, in ahenū ferventis aquæ demiſsis, atq; coopertis roſtratis galeis, ab Arabibus Alembicis dictis, herbarū ſtillaticij humores eliciuntur, & ad medicū familiæ ſubditorumq; pauperum uſum, diligenter aſſervantur.

In ipſa vero turri fonticulus ſcatet mirè fœcundus, ſic tamen occultè temperatus, ne labia lateritia impleantur & redundent, & ſolo perpetuum madefacto turris vicium faciat. Sed in eiuſmodi recenſendis magnum ſtudium, multamq;

operam conferre,nec videtur operæpr
cium,nec noſtri eſt inſtituti. Itaq; ordi
nem,quē tenere inſtituimus,urgeamus
Mœnibus proxima eſt validiſsima to
tius arcis munitio, vallū,quod orgyi
paulò plus novem altum, circiter pede
quinquaginta eſt latum,obſitum per in
tervalla duobus ſæpibus vivis,ex rubo
rum & ſentum caninarum plantis in o
dinem diſpoſitis. Id ſæpium genus, pr
terquam quod naturalibus ſpiculis ad
verſus hoſtiles inſultus eſt munitum, f
cem non timet,& ne tantula poſſeſſori
impenſa eget. Sed et pulveris nitrati m
la truſatilis,nec non Oporothece, exc
tata ſunt in vallo ad Orientem ſuper ip
ſa porta. Præterea ſuper quemlibet va
li angulum poſita eſt domus,qua famu
lis excubias agentibus, ibidemq́; dor
mientibus, magis opportunior eſſe nu
la poteſt, quod ſubter ſe ſubiectam pla
nitiem habeant, nec aures penè ullus
quantumvis exilis ſtrepitus, ſubterfu
giat.

Deni

Deniq; in meridionali parte valli ar-
mamentarium, omni genere apparatus
bellici refertum, conſpicitur, præcipuè
tormentis æreis, quæ, quòd veteribus
ignota fuerint, novè dicuntur bombar-
dæ, et pro magnitudine et uſu diverſum
ſortiuntur nomen, curules, colubrinæ,
falcones, ferreæ quinquipedæ, ſclopetti,
manuales, & alia horridioris ſoni. Co-
pia item magna pulveris pyrij, quem ni-
tratum appellitant, pilarumq; ſulphu-
reorumq; globorum, canabinorumq;
ſertorum pice illitorum, hîc eſt repoſita.
In tabulato autē aſſervantur, cataphra-
cti, loricæ, thoraces, galeæ, haſtilia, lan-
ceę, enſes, tympana, vexilla et Cheiromy
la ferrea, ingenioſè nunc primū inven-
ta, quibus & in acie pro malleis præacu-
tis utaris, &, ſi res ita ferat, in obſidione,
quotidie ſeſquimodium molas. Quo au
tem loco fixa erant arma D. Iohannis
Rantzovij, quorum partem Heinricus,
quæ ad ſe redibat, fratri Paulo dedit, ei

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

loco ſequens Epigramma eſt ſuffectũ.

Dividere arma patris cum vellent bellica nati,
Corpore quæ proprio geſſerat ipſe ſuo:
Mars clypeum abiecit, dixitq; ô parcite nati,
Parcite, in his aliquid Mars quoq; iuris habet.
Quæ toties genitor defendit ab hoſtibus arma,
Turpe, ea ſi natis diripiantur, erit.
Integra, dante Deo, poſt triſtia fata manebunt,
Vt ſacra, dum vixit, tutaq; ſemper erant.
Ergo dedit Paulo, fraterni pignus amoris,
Heinricus partem, Marte monente, ſuam.
Exoptatq; armis cum laude utatur ijſdem,
His uſus genitor qualiter ante fuit.

Et in armamentarij foribus Heinrici Rantzovij hi verſus conſpiciuntur.

Longa domus belli capit inſtrumenta cruenti,
Dum bona tranquillæ tempora pacis eunt.
Grandia ſtant illic uteris tormenta cavatis,
Et nunc ceu placido preſſa ſopore tacent.
At ſubeant hoſtes, mox longa ſilentia rumpent,
Et piceas flammas ore pilasq; voment.
Sydera pulſabit ſonus alta, remugiet æther,
Et gemitum tellus, mota fragore, dabit.
Sulphureoq; globos procul eiaculata cavernis
Turbine, proſternent obvia quæq; ſolo.

Hacte-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Hactenus ſum proſecutus, ut potui, ea quæ ambiunt domos arcis, easq; tanquam galeę capita tegunt & obarmant: nunc intrò per portam rectà eo. Surgit hæc arcuata teſtudine, paſsibus quindecim longa, non directa, ſcęva, ita tamen, ut radios ferè orientis ęquinoctialis Solis elegantiſsimè tranſmittat, occidentis non excluſura, ni domus interveniret. Vtrinq; etiam deauratis verſibus in æs ſculptis radiat, exterius inſignibus D. Heinrici Rantzovij & coniugis, interius tetraſticho hoc ſanè non indocto:

Si nihil ædificas, qui ſpectas noſtra viator,
  Aut mea ne carpas, aut meliora ſtruas.
Si meliora tenes, id Divos poſcito mecum,
  Ne, quod uterq; tenet, faſcinet invidia.

SVB INSIGNIBVS HEINRICI RANTZOVII.

CAndida pars una eſt clypei, pars una colore
  Purpureo, caſsis cornua bina tenet.
A gentilitijs generoſo ſtemmate natus,
  HEINRICVS RANTZOV talia ſigna gerit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

SVB INSIGNIBVS CHRI-STINAE AB HALLE CON-iugis eius.

VErtice pennato galea eſt, clypeusq́ lacertum
Suſtinet armatum, tres quoq́ ſigna roſas:
HEINRICI coniunx CHRISTINA inſignibus
Egregios ortus, concelebratq́ genus. (ciſti

Ingreſſos portã excipit area quadrata, ſilicibus ſtrata eleganter, munda, molliter ad cloacas pluviam in foſſam evomentes devexa, utrinq́ atq́ à fronte ædificiꝭs, à tergo vero incluſa muris, per intervalla fornicatis, propter tabulas ducum, quos poſt dicemus, inſertas: ita fit, ut cavædiꝭ formam ferè videatur referre. Etenim ad dextrã directa ambulatio, quatuordecim Ionicis gracilioribus columnis ſuffulta tollitur, cuius intercolumnia pectore tenus cancellatim pluteis ſepta ſunt, quibus inambulando feſsi nitantur.

Eſt autem hæc porticus æquinoctiali Meridionali adverſa, quod in ea po-

nenda

nenda Architecti diligenter obſervant, reciperetq; hyeme multum, æſtate paululum Solis, niſi voluptatem hanc domus obiecta ei invideret. Ereptam tamen aliquantulum Hyemalis Solis uſuram, ſorte eiuſmodi reſarcit, ut iubar à Sole fenorari totum diem ei libitum nõ fuiſſe videatur. Quippe luculentæ imagines, magni nominis heroum inibi depictorum, latè rutilant, atq; omnes, niſi Tireſia ſint cœciores, blanda venuſtate ac regio decôre alliciunt & trahunt: geſta quoq; ſua ipſæ decaſtichis tetraſtichiſq; decantant, quę, quod eorum commodior ratio haberi nequit, huc inſerã.

IN ALIQVOT HEROAS TOTO ORBE TERRARVM CLAriſsimos, qui in porticu Bredenbergenſi viſuntur. Ad ſpectatorem Heinricus Rantzovius.

SCipio cum Romæ ſtatuas ſpectaret avorum,
Hæc ad virtutem ſunt mihi calcar, ait:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Hos quoq; quis ſpectet referentes inclyta facta,
Seq; aliquo tangi laudis amore neget?
Quanquam diverſis ſint in regionibus orti,
Omnes æternum promeruêre decus.

IOSVA DVX POPVLI ISRAELITICI. H. R.

ASpice, Nunnides ego ſum, qui maximus armis
Pro populo geſsi bella cruenta meo.
Promiſſamq; diu, cæſis cultoribus enſe,
Diſtribui iacta ſorte dediq; plagam.
Triginta numero Reges, quis credat? & unum,
Hæc mea divina dextera fudit ope.
Et mihi Iordanis tacitis immobilis undis,
Solq; retardatis conſtitit altus equis.
Eſſe typum Chriſti factis & nomine quisquis
Me putat, hic ſeſe quo tueatur, habet.

ALITER. H. R.

IOſua ter denos Reges unumq; peremi,
Occupo promiſsi dum fera regna ſoli.
Sol quoq; biſſenis lucens immobilis horis
In medio cœli, me cupiente, ſtetit.

DAVID REX ISRAELITICVS H. R.

PArvus erã, pecudumq; gregẽ per rura ſequebar,
Extulit ad regni de grege ſceptra Deus.

Et

Et leo prædator, violentus & unguibus urſus,
Occiſi manibus procubuêre meis.
Ore Philiſtæus terram indignante momordit,
Immanem letho quem mea funda dedit.
Laberis in crimen quiſquis malè providus ingens,
Ne venia culpam crede carere tuam.
Me quoq; mens in grande ſcelus cęca impulit, at nõ
Gratia lugenti ſacra negata fuit.

ALITER. H. R.

SVm David quondam caulæ, nunc arbiter aulæ,
Proq; pedo vili regia ſceptra gero.
Gathiten funda ſterno ſtridente Goliam,
Bis quino fermè qui pede longus erat.

IVDAS MACHABAEVS DVX IVDAICVS. H. R.

VT leo conſpectum ruit iracundus in hoſtem,
Et ferus illata vulnera ſtrage facit:
Sic ego commotis in prælia viribus ibam,
Pro patriæ capiens legibus arma meæ.
Excidiumq; urbi ſacræ gentiq; minantes,
Sæpè trucidavi, Marte favente, viros.
Pulchrius eſt viſum, paucos opponere multis,
Vertere quàm turpi terga pudenda fuga.
Sic me conieci medios moriturus in hoſtes,
Et mihi mors voto digna reperta meo eſt.

ALI

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ALITER H. R.

EN ego ſum Iudas, Machabeæ gloria ſtirpis,
Qui nullis unquam terga pudenda dedi.
Pro grege, procꝫ ſacris pulchrã per vulnera mortẽ
Oppetij, inde virûm cuncta per ora volo.

HECTOR DVX
TROIANVS.

ARgolicis terror ducibus, dum fata ſinebant,
Procꝫ meis murus civibus Hector eram.
In decimo primùm quod concidit Ilion anno,
Nemo negat factum viribus eſſe meis.
Phylacides per me, Antilochusqꝫ Menœtiadesqꝫ,
Præterea plures occubuêre duces.
Quid querar? unius pervenit crimen ad omnes,
Et caput oppreſsit publica pæna meum.
Fraude locum captans vita ſpoliavit Achilles,
Et rapidis circum mœnia traxit equis.

ALITER H. R.

MVrus ego patriæ pereuntis aheneus Hector,
Dimico pro Troia per duo luſtra mea.
Vulnifica multos transfigo cuſpide Graios,
Fortis at à forti victus Achille cado.

ALE-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ALEXANDER REX MACEDO. H. R.

AT quis Alexandrum? quis facta perennia neſcit,
Orbe quibus toto notus ad aſtra feror?
Nomine ſicut eram magnus, ſic maximus armis,
Terga fugæ nunquam, victus ab hoſte, dedi.
Imperium extendi, quà decolor Indus oberrat,
Et quà Riphæas verberat aura nives.
Perſide ſe victa totus mihi ſubdidit orbis,
Sed mihi tunc orbis non ſatis unus erat.
Mors ſatis una fuit, luxu faſtuq; tumentem
Quæ me ſub terras abſtulit ante diem.

ALITER H. R

DIcor Alexander factis & nomine Magnus,
Cui iuveni totus ſubditus orbis erat.
Par mihi nemo foret, modicè ſi vina bibiſſem:
Interitu luxum diſce cavere meo.

CAIVS IVLIVS CAESAR MONARCHA ROMANVS. H.R.

NOn ego ſum duris tantum ſpectatus in armis,
Et mea doctrinæ nomine fama viget.
Sequana, quis bello fuerim, Rhenuſq; fatentur,
Et mihi cum toto ſubditus orbe Tybris:
Quis fuerim ſcriptis, monumenta relicta loquun-
Quæq; manu geſsi bella, legenda dedi. (tur

Nec

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Nec ſatis hoc: etiam cœlum ſcrutabar & aſtra,
Hinc meus æternum permanet annus opus.
Immemores tellus homines producit ubiq;:
Hoc queror, hæc fati cauſa neciſq; meæ.

ALITER H. R.

QVinquagena inij collatis prælia ſignis,
Autor Romani Iulius imperij.
Queis vitam dederam, ſæva me morte trucidant,
Pro meritis reddunt ſic male facta meis.

HARMINIVS DVX CHE-RVSCORVM. H. R.

NEc ducibus virtute minor, nec fortibus armis,
Græcia quos iactat magnaq; Roma, fui.
Quod nimis impenſum eſt illis, mihi defuit unũ,
Nullaq; de factis edita ſcripta meis.
Vnicus inventus Tacitus, qui noſtra tacere
Noluit, hunc de me conſule, certus eris.
Hic tibi narrabit, per me Germania victrix,
Vt ſit depulſo libera facta iugo.
Et duce cum Varo ſtratis legionibus, illa
In quanto fuerit Martia Roma metu.

ALITER H. R.

HArminius Latias delevi ego Saxo catervas,
Vix ubi prima mihi barba reſecta fuit.

Me-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Me metuens Cæſar, Vare, ô Vare ocyus, inquit,
Redde aquilas, Romæ robora, redde aquilas.

ARTVRVS REX BRITANNIAE H. R.

QVi vocor Arturus, me Gallia nominat Artum:
Paruit imperio terra Britanna meo.
Non me ſceptra tulit quiſquam præſtantior illic,
Nec mihi par belli laude togæq; fuit.
Nomina quæ monſtrat procerũ virtute potentũ,
Hæc eſt inventum menſa rotunda meum.
Saxonas & Dacos domui, Romanaq; fudi
Agmina, quæ regno damna dedêre meo.
Optima prima cadunt: ſic firmus & integer annis
Occido, me regni ſceptra cadente ruunt.

ALITER H. R.

BArbariem obiectat cùm Graijs Roma ſuperbis
Barbariem præ ſe num mea facta ferunt?
Sum pius Arturus, nulli pietate ſecundum
Dixeris, in bello ſum Leo, pace Pater.

CAROLVS MAGNVS, PRIMVS IMPERATOR GERMANICVS, H. R.

QVis me iure negat Magni cognomẽ adeptum?
Quin titulus factis eſt minor ille meis.

Flo-

Floruit optata, ſub me duce, Gallia pace,
Pannonijs fuſus concidit Hunnus agris.
Itala ſublatis tellus pacata Tyrannis,
Heſperia pulſus, trux Saracēne, plaga.
Imperij ſedes per me Germania facta,
Saxonis & Chriſtum terra profeſſa Deum eſt.
Gloria neglectis, duce me quoq;, reddita muſis,
Ipſe repurgatæ nec rudis artis eram.

ALITER H. R.

TE quater octonos de bello Carolus annos,
Vt celebres vivum, maſcule Saxo, Deum.
Hic ſcopus, hæc regum belli ſit norma movendi,
Proq; gerant aris prælia, proq; focis.

CANVTVS MAGNVS, REX DANIAE, SVECIAE, NORVEGIAE, Angliæ & Normanniæ. H. R.

DEſine mirari, quos garrula laudibus effert
Græcia, quos iactat Roma ſuperba, duces.
Dania me nulli veterum virtute ſecundum
Edidit, Hyberno Dania cincta freto.
Facta mihi Magni peperērunt inclyta nomen,
Quinq; ſub imperio regna fuēre meo.
Me ſibi delegit ſocerum, qui tertius orbis
Arbiter, HEINRICVS nomine, ſceptra tulit.
Iuſtitia præclarus eram, Regeſq; potentes
Subiectos docui legibus eſſe ſuis.

ALI-

ALITER H. R.

IVſtitiæ bellive prius mireris honorem,
Addubites, certè par in utroq; fui.
Ipſe mihi, latæ legis reus, irrogo mulctam,
Imperijs ſubdo quinaq; regna meis.

GODEFRIDVS BILIONAEVS H. R.

OMnibus Europæ lectis heroibus oris,
Nobile ſuſcepi, Iaſonis inſtar, iter.
At mihi non Colchis, non vellera divitis auri,
Terra fuit votis ſancta petita meis.
Hanc validis armis, Solymamq; recepimus urbē,
Quæ fuerat diro capta ſub hoſte diu.
Mœnibus inſilui primus ſublimibus urbis,
Hinc data cum regno fulua corona mihi eſt.
Vrbe ſed hanc auro Solyma geſtare recuſo,
Qua tulit occiſus ſpinea ſerta Deus.

ALITER H. R.

QVi vexit fulgens ex Colchide vellus Iaſon,
AEternum Græco carmine nomen habet:
Qui pepuli è Solymis procul agmina Turcica reg-
An non Godfridus laude vehendus ero? (nis,

C

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

CAROLVS V. ROMA-
NORVM IMPERATOR H. R.

NOn ego quod virtute minor, ſed in ordine vita
Quod ſequor, extremum ſpector habere loco
Nam neq; ſuſcepit me ſceptra potentior ullus,
Hoſte nec ex victo plura trophæa tulit.
Africa quæ ſemper ſitiens, Europaq; vidit,
Auriferoq; recens terra reperta ſolo.
Sic mihi perpetuo fortuna ſecunda tenore
Adfuit, & cœptis favit amica meis:
Aſsiduis donec curis confectus, & ævo
Inualidus, fratri ſceptra relinquo meo.

ALITER H. R.

CArolus unanimi mundum cum fratre guber-
Romanum cogo vincula ferre patrem. (nant
Franciſcus capitur Ticinum Gallus ad amnem,
A me devictus dat quoq; Turca fugam.

CHRISTIANVS EIVS NO
MINIS III. DANIAE ATQVE
Norvegiæ Rex. H. R.

SI mihi, quod faciunt alij, memorare liberet,
Quæ fuerit bello gloria parta mihi:
Oppreſſos regni motus, armisq; referrem
Cum duce te fractam, clara Lubeca, meis.

Ac

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

At mea laus maior, non tantùm Marte feroci,
Sed præſtans etiam quòd pietate fui.
Vix aliquis princeps noſtro me iuſtior ævo,
Aut pius, aut clemens, aut magis æquus erat.
Sic placida ſervans populos in pace regebam:
Fama volat mundo, ſpiritus aſtra tenet.

ALITER H. R.

PAcis amans, pietate vigens, fera bella peroſus,
Et vita talis, nomine qualis eram.
Ergò Deus pugnans pro me, malè perdidit hoſtes:
Felix quem ducit, curat amatq́ Deus.

ERIDERICVS II. DANIAE, NORVEGIAE ETC. REX. H.R.

QVid iuvat & prodeſt populis imponere leges,
Claraq́ per latas ſceptra tenere plagas,
Si fluit ignavum tempus, teriturq́ quiete:
Vita voluptatis quid pigra ferre poteſt?
Hoc ſtudium, hæc cura eſt, factis efferre ſub aſtra,
Et ſuprà proavos tollere auosq́ caput.
Ditmarſi domiti bello, & mea Suecus in annum
Suſtinuit ſextum cladibus arma ſuis.
Carcere punitur donec malè ſanus Ericus,
Et frater mecum fœdera pacis init.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ALITER H. R.

AD EVNDEM APOSTROPHE.

MActe animo, & virtute nova, & victricibus ar- (mis
Dilecte ô anima plus Friderice mea:
Munere divino ut ſupplex Ditmarſia vênit,
Sic Sueci pacem te tribuente ferunt.

IOHANNES PISCATOR HEINRICI RANTZOVII.

QVod me pictoris magnis heroibus illis
Docta manus iunxit, non ratione caret.
Hi velut in terris quærunt diſtantibus hoſtes,
In fluvijs hoſtes ſic ego quæro meos.
Et capio inſidijs, & aperto Marte trucido,
Invigilans ſtudio nocte dieq́; meo.
Si quis erit, noſtras penitus cognoſcere laudes
Qui cupit, has unum diſtichon illud habet:
Squamigeros undis reti velut extraho piſces,
Pocula ſic pleno gutture ſicco bibens.

ALITER.

Εἰμὶ τριχυναῖος πάντως εἴη' ὄγε τρίπυχης·
Ουκ ἔρα τὶς φθονέῃ τοῦ τόπου ἐρχιπότει.
Οὗτοι μὲν μακρόβωμοι, ἐγὼ δε μικρὸς μεγαλουργός·
Ηρωες πολεμεῖν λῶσι, ἐγὼ δε πιεῖν.

HOC

HOC EST.

TRes cubitos vix dat ſtatura, tricongius hauſtus
Eſt meus: hac ſola dux ego Rexq́ via.
Magna illi magni fecêre, ego magna puſillus,
Illi pugnantes ſæpe, ego ſæpe bibens.

Haec ita Herôes picti in porticu de ſe ipſi lectoribus ingerunt. Verum paradoxon & frivolum tibi lector non videatur, quod piſcator ſit heroibus mixtus, & velut anſer inter argutos olores ſtrepat. Quia, quod is occupavit ſpaciũ, non eſt, ut reliqua, capax lineamentorũ iuſtæ & virilis ſtaturæ, quæ cæteris propter decorũ eſt attributa. Proinde quũ vacuum pictoris arte relinqueretur, maluit D. HEINRICVS RANTZOVIVS id ſuo piſcatori, longê infra communem hominum ſtaturam poſito, dicare. Nam quod attinet ad Carolum & Chriſtianum, præterquam, quod non extremas inter celeberrimos Reges ferunt, etiam gratitudinis decla-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

randæ cauſa, hîc ab hero ſunt aſcripti.

Etenim hic vicariũ in Holſatiæ & Sleſvici ducatum herum elegit, in illius verò aula, unà cum Illuſtriſsimo Holſatiæ duce Adolpho, ſexennium vixit, & civilia negotia & bellica facta cernere, & imitari aſſuevit. Ad hanc porticum ſolariũ à M. Hieronymo Cypræo eſt deſcriptum, annexo tetraſticho:

Vmbra horas Phœbi deſignat climate noſtro,
Nodus, quod ſignum Sol tenet, arte docet.
Oſtenditq; domus quæ ſit ſua cuiq; Planetæ,
Sitq; quotus menſis, ſit quoq; quanta dies.

Sed & Galactothece adiacet ambulationi, albario operę polita, quã fas haud erat à limine, ut dicunt, tantummodo ſalutaſſe, niſi concinniora reſtarent, quæ properantem de hac facere verba nõ ferrent. Nam maiorem gratiam habent ſuperiora, tablinum eorum, qui hero ſunt ab epiſtolis, conclavia, dormitoria tria et ambulatiuncula, quæ verſibus ſenten-

tijsq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

tijsq́ varijs, fortunæ inconſtantiam & viciſsitudinem in rebus humanis depingentibus, collucet. Earum elegantiores pleraſq́ mox ſubſcribemus. Hæc Adolphæo cubiculo eſt contigua, quod tibi tuoq́ nomini, Illuſtriſsime Holſatorũ dux Adolphe, heros magnanime, dicatum, & ſponda artificioſè tornata, nec non aulæis ſericis, magnificè eſt adornatum.

SENTENTIAE ET VERSUS VARIORUM AUthorum.

CICERO IN OFFICIIS.

ILLud magni ingenij eſt, cogitatione percipere, & antè conſtituere, quid evenire poſsit, & quid agendum ſit, cum evenerit.

SENECA AD LUCILLIUM EPISTOLA IIII.

ADverſus omnia, quę accidere poſſunt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

te adhortare & indura. Neminem enim eò fortuna provexit, ut non tantum illi minaretur, quantum promiſerat. Noli huic tranquillitati confidere, momento mare concutitur.

TERENT: IN PHORM:

Omnes, cum ſecundæ res ſunt maximè, tum maximè meditari ſecum oportet, quo pacto adverſam ærumnam ferant, ut ne quid animo ſit novũ, ſi quid præter ſpem evenerit.

DION.

Nihil in rebus humanis fixum ac perpetuum, ſed & ij, qui florent maximè, & ij, qui humiles & abiecti ſunt, exitus incertos habent, ac pariter pro fortuna ipſorum, laude, vituperio, honore & ignominia afficiuntur.

ANTONINVS EX EVRIPIDE.

Multæ ſunt rerum fatalium formæ,

Dijq;

Dijq; multa præter ſpem conficiunt, minimeq; facta ſunt ab his, quę ſperata fuerant, & tamen Deus deſperatis & inopinatis rebus exitum invenit.

INCERTI CVIVSDAM AVTHORIS.

Vbi Mars ſęvit maximè, ibi fortuna & plurimum dominatur, & facillimè fallit.

ITEM ILLVD:

FOedera qui violant, & pacis commoda turbant,
Felices Nemeſis non ſinit eſſe diu.

ITEM ILLVD.

Ita eſt in fatis, ut malorum conſiliorũ malæ mercedis fructus homines recipiant.

M. TVLLII IN RHETO.

Sola virtus in poteſtate ſua eſt, omnia prętereram ſub fortunę ſubiecta ſunt dominatione. Errant autem, qui in proſperis rebus omnes impetus fortunæ fugiſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ſe ſe putant, ſapienter autem cogitant, qui temporibus ſecundis adverſa reformidant.

HILDEBERTVS.

HEi mihi, nulla fides, nulla eſt conſtantia rebus,
Ipſaq́ſ fors, quid ſit, mobilitate docet.
Res hominum atq́ſ homines levis alea verſat in horas,
Et venit à ſummo ſumma ruina gradu.
Cuncta ideò ancipiti pendent mortalia caſu,
Et ſpondent propria mobilitate fugam.
Quicquid habes hodie, cras te fortaſſe relinquet,
Aut modò, dum loqueris, deſinit eſſe tuum.
Has ludit fortuna vices, Regeſq́ſ ſuperbos,
Aut ſervos humiles non ſinit eſſe diu.
Illa doloſa comes, ſola levitate fidelis,
Non impune favet, nec ſine fine premit.

OVIDIVS.

CRede mihi, miſeros prudentia prima relinquit,
Et ſenſus cum re, conſiliumq́ſ fugit.

DION IN EANDEM SENTENTIAM.

MEtus tempore ratio omnis & conſilium deeſt: quibus rebus ſi quis ante animum ſuum præmunierit, metum omnem ſuperare egregiè poteſt: Sin minus, facile vinci, ut nec conſilium ullũ opportunum, aut ſpem firmã in periculis habere poſsit.

ISO-

ISOCRATES.

PVta rerum humanarũ nihil eſſe firmum: Ita nec in proſperis lætitia geſties, nec in adverſis dolore concides,

VALE. MAX.

Neq; ſecundarum rerum eventu inſolenter abuti, neq; adverſis propere debilitari oportet.

AVGVSTINVS.

Sors non eſt aliquid mali, ſed res in humana dubitatione indicans divinam voluntatem.

HEINRICVS RANTZOVIVS.

CEdunt fata Deo, precibus Deus ipſe piorum.

HActenus curſim, lector candide, percurri, ea quæ ſunt ad dextram intra vallum, & mihi viſa ſunt digniora relatu: nunc iter ad lævam deflecto, ante tamen puteum, qui prior eſt loco, audiamus. Is octo angulis & tecto gibboſo, ſcandulis pictis veſtito, ſurgit altitudine ad cubitos vicenos: aquàm duo ſituli, ferreis

catenis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

catenis ab axe truſatili, et binis trochleis ſuſpenſi, alternatim in ſummũ efferunt, ubi uncis hamis retēti ſe ipſi invertunt, & id aquæ, quod extulerunt, in caſtellũ effundunt: Vnde ſiphunculis obverſis, cum voles, emanat, aut alnis in tubos cavatis ad hypogeium cereviſiarum deducitur. Hic aqua fit Hippocrene, Cerere ei incocta, & ſpiritu Poëtas pota afflat. Quin & ipſe puteus, D. Heinrico Ranzovio docente, affatim ſcatet numeris, quos ſi nunc commemorare hîc velim, quàm non communi vena ſint compoſiti, quamq́; pij, verè equidem poſsim, niſi te ex ipſis id magis cognoſcere aveam.

FOns ego communem ſcateo fœcundus in uſum,
Tota domus de me commoda multa capit.
Nec precium poſco, nec egenti denego cuiquam,
Gratuitas ex me quilibet haurit aquas:
Vtq́; queam ſemper dare, nunquam copia dandi
Deficit, & damnis augeor ipſe meis.
Cùm prior egeritur, ſemper nova proſilit unda,
Dum ſucceſſuræ cedat & illa locum.
Si licitum eſt magnas parvis componere rebus,
Hi domini mores, qui meus author, erant.

Is

Is patriæ talis (fas eſt laudare ſepultum)
Extitit, & multis munera larga dedit.
Eius erat domus, ut portus communis, habebat
Hîc ſibi ſperatam, quisquis egêret, opem.
Vt faceret, vires & opes fortuna merenti
Contulit, & larga præbuit uſa manu.
Sic patriæ, dum vita fuit, ſervivit amatæ,
Ereptam multis aſſeruitq; malis.
Nec mercede caret: nunquam licet ipſe petivit,
Gloria defunctum ſponte ſecuta manet.
Ad patris exemplum ſeſe componere natus,
Hunc qui me cultum iuſsit habere, ſtudet.
Sed mihi viventem pudor eſt extollere verbis:
Qui legis hæc, illi fauſta precare, vale.

Vides opinor elegantiam putei, qui ipſi fonti caballino fortaſſe non admodum ceſſerit. Ad ſiniſtram, ut promiſi, accedendum. Hîc officina eſt fabri ferrarij, ante annũ ædificata primùm, quæ præterquã quod ſuperbior eſt, ac oportuit, & epigrammate exornatur huiuſmodi:

NOn opus eſt, quis ſit locus hic, exponere verbis,
Ipſa gravi produnt verbera clara ſono.
Haud ſecus, Aetnęo quàm cum Cyclopes in antro
In formant manibus fulmina ſæva Iovi.

Nec ſatis hoc, quoſvis quod premollitur in uſus,
Inq; omnes ferrum cogitur ire modos.
Et validi ſubiguntur equi, vinctiq; catenis,
Seſſori præbent crura tenenda ſuo:
Vt ſoleis ferro plantas armentur opertas,
Aſpera per duros ne via lædat agros,
At nihil hoc mirũ: quid nunc homo linquit inau-
Illius ingenio, quicquid in orbe, ſubeſt. (ſum?

Ad hanc etiam eſt Andronitis, tecto-rio inducta, & à plaſte imagunculis la-pidis exornata, ubi Mecœnatis mei ho-ſpitumq; famuli confluunt. In eius pa-rietibus hexaſtichon hoc eſt pictum:

QVi novus hic noſtris ſuccedis ſedibus hoſpes,
Eſto bonus, menſam conſulitoq; boni.
Craterem de more lubens philoteſion hauri,
At litem moveas ebrietate, cave.
Pocula amicitiam faciunt, & pocula ſolvunt:
Si bibis, ut valeant menſq; pedeſq;, ſapis.

MACROBIVS:

Oportet verſari in convivio ſermones, ut caſtita-te integros, ita appetibiles venuſtate.

Reliqua pars huius lateris uſibus ma-

cerandi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

cerandi & torrefaciendi hordei , unde Zythum coquunt , & tribus dormitorijs hoſpitum cubiculis detinetur. Quemadmodũ vero Reges, fama celebratiſſimi , in porticu ad dextrã ſunt depicti: Ita ad ſiniſtram duces , memoria patrũ atq; noſtra bellicoſiſsimi habiti, conſpiciuntur, ut arx, cum temporis acti, tum præſentis laudatrix, non immeritò poſſit videri. Murus interior, qui ad pedem valli eſt excitatus, & aream, qua ędificia diſcontigua ſunt, cingit: is, ut ſupra attigi, per intervalla arcubus fornicatur , in quibus exemtiles tabulæ ducum , luculentis imaginibus & Elegijs pictæ, ſuſpenduntur. Quantopere autem hę imagines blandiantur voluptati oculorum, vix narrari poteſt. Ego quoties Martiorum virorum arma, quaſi flammas vomentia, et hinc inde coruſcantia, medius intueor, ceu Gorgone viſa hæreo, expleri & nequeo, atq; oculos per ſingula volvo. Cuius voluptatis & imaginum te-

lector

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

lector mi, participē lubens reddiderim:
At quando in manu mea non eſt, ut illas videas, ut audias, quæ de ſe loquuntur, faxim.

IN NOBILISSIMOS BELLICA VIRTVTE EODEM FERé tempore duces. H. R.

QVos hîc ſtare vides ſua fortia facta loquentes,
Indomito clari Marte fuêre duces.
Vna tulit noſtris ætas vicinior annis,
Clarior hac armis vix prius ulla fuit.
Non ſatis eſt ipſos virtute excellere Reges,
Et fortes illis, expedit eſſe duces.

CONSALVVS FERDINANDVS CORDVBA, COGNOMENTO Magnus, Ferdinandi Hiſpaniarum Regis dux. H. R.

QVod gero præclarū cognomē, ob inclyta facta
Hoc mihi concordi eſt militis ore datum.
Bella meo victor confeci ingentia Regi,
Terra ſub imperio cuius Ibêra fuit.
Effrenes domui Mauros, armisq́; ſubegi,
Quâ rigat Heſperios flumine Bœtis agros.
Adieciq́; novum regnum, quà mœnia cultæ
Parthenopes ſalſum verberat alta fretum.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Quæ non invidiæ uirtus patet; vltima fecit
Hæc me privato ſub lare fata pati.

ALITER H. R.

MAgnus ego vero Conſalvus nomine dicor,
Hoc pater, aſt illud ſtrenua dextra dedit.
Exegi Gaditana feros trans æquora Mauros,
Aſſerui regi Bœtica regna meo.

MAXIMILIANVS COMES BVRENSIS, CAROLI V. IMperatoris dux, H. R.

VIr gravis armorumq́; fui ſpectatus in uſu,
Nec virtute minus conſilioq́; potens.
Quando fuit pulſis erepta Bolonia Gallis,
Anglia quem tenuit, dux ego regis eram.
Hinc tibi belligerans, ſemper victricia ſigna
Auſpicijs duxi, Carole Quinte, tuis.
Cumq́; ingens gereres bellũ per Teutonis oram,
Inferiorq́; tuo viribus hoſte fores:
Agmina traducens Rhenum tibi Belgica iunxi,
Nec fuit abſq́; opera palma parata mea.

ALITER H. R.

EXpugnata fuit captis Bolonia Gallis,
Cum ferrem auxilium, flave Britanne, tibi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Heſſus & invicto ſeptemuir pectore Saxo,
  Me duce dant palmam, Carole dive, tibi.

GEORGIVS FRONSPERGIVS SVEVVS, EIVSDEM Caroli V. dux, H. R.

COrporis ut præſtans ſuperabã viribus hoſtes:
  Sic animi pollens robore ductor eram.
Militiam didici teneris perductus ab annis,
  Armaq; prima tibi, Maximiliane, tuli.
Quo ſene defuncto, ſectanti caſtra nepotis,
  Vix quiſquam belli par mihi laude fuit.
Prælia iuſta manu promtus ter quinq; ſubivi,
  Bis decies pugnas ſuſtinuiq; leves.
In patria morbo morior ſerpente per artus,
  Dum petitur ſignis perfida Roma meis.

ALITER H. R.

PRomtus eram, nulli veterum virtute ſecundus,
  Seu res conſilio, ſeu peragenda manu.
Stans ego equum potui frenis inhibere volantem:
  In valido tantum corpore robur erat.

ODETTVS FVSIVS LOTRECHIVS, COPIARVM GALLIcarum in Italia Imperator.

NOn habuit virtute parẽ mihi Gallia quenquã,
  Tempore quo vitæ ſunt data fata meæ.

Hor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Horror eram Latio, fama notiſsima cœlo
　Oppida ſunt armis multa ſubacta meis.
Hinc nomen, quod Rex meruit Demetrius olim,
　Mira expugnatis urbibus arte, tuli.
Qui bellis invictus eram, me ſæva ſubegit,
　Infeſtat graviter dum mea Caſtra, lues.
Et cineres fortuna meos afflixit iniqua,
　Dum tumuli expertes bis duo luſtra iacent.

ALITER.

SVnt quia capta meo quã plurima mœnia ductu,
　Expugnatorem me vocitare ſolent.
Claruit hac olim Macedo Demetrius arte,
　Participem laudis nunc habet ille ſuæ.

MARTINVS ROSHEIMIVS GELDRENSIS, PRIMO GALLIArum Regis, deinde Caroli v. dux H. R.

QVis fuerim, longo non eſt opus edere verſu,
　Quod ſubit, hoc uno carmine ſcire potes.
Fulmen eram belli, ferro graſſabar & igni,
　Oppida militibus diripienda dabam.
Id ſatis eſt: teſtes Belgæ Moriniq; remoti,
　In mare quà Scalde, Dilia, Moſa, fluunt,
Illa viris opibuſq; potens Antverpia teſtis,
　Quæ mihi victrici pæne ſubacta manu eſt.
At ſibi me ſicut tunc Gallia ſenſit amicum,
　Sic eadem clades me tulit hoſte graves.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ALITER.

CAeſareis inhians opibus ſpe divite Gallus,
Me duce pænè ſuis excidit ipſe bonis.
Argentoratum petit hic, Campania per me
Vulcano paſsim Marteq; damna facit.

ANTONIVS LEVA, DVX CAROLI V. H. R.

NOn leve momentum eſt, magno didiciſſe magiſtro
Militiæ leges, & grave Martis opus.
At mihi cum nemo belli præceperit artes,
Plurima naturæ dona fuêre meæ.
Nec me ulla indecorem ventura redarguet ætas,
Seu bello ſpectes edita, ſive toga.
Meq; ideo Inſûbrum præfecit Carolus oræ,
Hæc defenſa manu conſilioq; mihi eſt.
Quod niſi fregiſſet vires dolor artubus hærens,
Eſſem magnorum gloria magna ducum.

ALITER H. R.

AStutus, ſapiens, felix, belliq; peritus,
Impiger, intrepido pectore Leva fui.
Et licet æger eram articulos vaſtante podagra,
Nullam aciem fugi, munia nulla ducis.

AN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ANDREAS AVRIAS
CAESAREAE CLASSIS
Præfectus H. R.

EN ego, quem ſpectas, Latiæ fama inclyta terræ,
Et Ligurum quondam lausq́ decusq́ fui.
Quis pelago geſsit me bella peritior alto?
Quis patriæ adduxit commoda plura ſuæ?
Vt mare purgavi prædonibus, & mihi claſſem
Ducenti ſemper terga dedêre Scythæ:
Sic patriam aſſerui, pulſis ſine cæde Tyrannis,
Et ſtabilem iuſsi legibus eſſe ſuis.
Hinc ſtatuam patriæ patri mihi grata locavit,
Hæc mihi virtutis poſthuma teſtis erit.

ALITER H. R.

QVi mihi marmoreum Ligures poſuêre Coloſſum,
Me patriæ patrem voce manuq́ colunt.
Et terris & nota mari ſpectataq́ virtus,
Cum Mahometigenas claſſe fatigo Scythas.

SEBASTIANVS SCHERTELINVS VRBIS AVGVſtæ Vindelicorum belli dux H. R.

VIndelicis inſignis agris belloq́ togaq́,
At melior valido dux ego Marte fui.

Cum celebres iunctis ſociarent urbibus arma,
Pro defendenda relligione, duces,
Agmina præfectus duxi, vicinaq; celſo
Alpibus arx clivo, me duce, capta fuit.
Victor ob id mutare ſolum me Cæſar adegit,
Præmia decernens in caput ampla meum.
Obtinuit generoſa locum clementia tandem,
Et pius ignovit, reſtituitq; meis.

ALITER.

CAeſari ubi iuſſus feci ſocio agmine bellum,
Quod tum Auguſtanæ relligionis erat,
Capta Fieſſe mihi eſt Alpini ad flumina Læchi,
Aerioq; iacens arx Ereberga loco.

SEVERINVS ANORBV, CHRISTIERNI II. DANOrum regis in Scandia præfectus, H. R.

REx licet effugit meus, & turbante tumultu,
In loca quæſitum tuta receſsit opem,
Non ego proieci tamen arma, ſed impiger hoſti
Conſerui, eventum Marte negante, manus.
Indulſit veniam virtutis in hoſte probator,
Inq; fidem accepit victor, amore fovens.
O mihi ſi tantùm libuiſſet fallere nunquam,
Nec tua trans Alpes, Carole, caſtra ſequi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Liber ab hac eſſem macula, nec morte luiſſem
Perfidiæ pœnas, dum tua ſigna ſequor.

ALITER.

VT tuear valido fugientem milite Regem,
Vendo domos, vendo quicquid ubiq; meum
At Deus exoſus ſaturatum cæde Tyrannum, (eſt.
Non voluit noſtram pondus habere fidem.

Extat epitaphium eiuſdem in urbe Hetruriæ Florentia, quod propter elegantiam huic loco inſerendum cenſui.

EPITAPHIVM SEVERINI NORBII, EQVITIS AVRATI ex Dania, Florentiæ ſepulti.

OCeanum hoſtili toties qui ſanguine tinxit,
A gelidæ Thyles littore ad uſq; Cronum:
Quem non immeritò Sclavi, Suediq; Gothiq;,
Vandaliæq; urbes extimuêre ducem:
Norbius Hetruſco iacet hîc Severinus in antro,
A Florentina miſſus in aſtra pila.
Barbarus ille nequit captivũ extinguere Moſcus,
Mergere non mediis Ennoſigæus aquis.
Debuit in Latio, velut orbis in arce, perire,
Tanta viri ut virtus undiq; nota foret.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

GVLIELMVS THVMSER-
NVS PROTESTANTIVM
bello Dux.

QVid terrore carens, docui, conſtantia poſsit,
Invictoq́; malum pectore poſſe pati.
Vt ſtetit infenſo victoria triſtis ab hoſte,
Maxima pars victos deſeruêre metu.
At mihi fœda fuit res viſa relinquere fœdus,
Et victas una tendere clade manus.
Arma recollegi ſubito diſcrimine belli,
Mœnia quà Bremæ lata Viſurgis adit.
Nec pius eventum cauſæ Deus abnuit æquæ,
Fortunæq́; meæ victor in hoſte fui.

ALITER.

CVm quateres validæ tormentis mœnia Bremæ,
Vt coleret Latij dogmata ſpreta patris,
Piſcoſum tranas deſertus, Erice, Viſurgim,
Victori palmam porrigis atq́; mihi.

IOHANNES RANTZOVIVS,
TRIVM DANIAE REGVM, FRIDE-
rici I. Chriſtiani III. & Friderici II. ſum-
mus conſiliarius & bellorum
dux, huiusq́; arcis
fundator.

NOn ſine re magnis Heroibus inſeror illis,
Quos volui tantos hoc ego ſtare loco.

Nam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Nam nec eram virtute minor, nec fortibus auſis,
Sive toga ſpectes edita, ſive ſago.
Regibus aſſedi tribus, impoſuiq; coronam,
Exuvias victo bis quater hoſte tuli.
Effera ſubmiſit, duce me, Dithmarſia collum,
Libera bis ductu Dania facta meo eſt.
Sic ſatur invictæ fama virtutis & annis,
Succubui fatis, nunc habet aula poli.

ALITER.

QVis fuerim bello, quis pace, referre recuſo,
Invidiam conflent ne mea geſta mihi.
Dicet id invicto Dithmarſus Marte ſubactus,
Biſq; aſſerta mea Dania clara manu.

DANIEL RANTZOVIVS, DVX EXERCITVS REGIS Danorum Friderici II. in Suecos. H. R.

ME quoq; viventem complexus amore propinquus,
Illuſtres inter iuſſit habere locum.
Nec res, quas recitem, deſunt mihi fortiter actæ,
Sed prohibet iuſtus cuncta referre pudor.
Hoc dicam ſaltem, ter aperto Marte Suecum
Expertum noſtras non ſine clade manus:
Tres belli amiſiſſe duces, quos cepimus armis,
Quid moror? ipſe opera fert quoq; vincla mea.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Sex licet inconſtans Mavors mutaverit annos,
Vtrinq; inſignes perdideritq; viros.

ALITER.

QVod me inter tantos Heinrice propinque repo
Si non iudicio, certe id amore facis. (nis,
Dent vitam mihi fata, & nulla redarguet ætas,
Ille ero iudicio, quem cupis eſſe, tuo.

FRANCISCVS A BROCKENHVSEN, REGNI DANIAE Mariſchalcus, ac univerſi peditatus dux.

PRo patria tecum qui belli munere iunctus,
Sæpius hoſtiles ſum populatus agros,
Pro patria tecum qui iuſtis inclytus armis,
Oppida contrivi Suecica, caſtra, duces,
Pro patria tecum qui læſus vulnere ſphæræ
Occubui, fato vix remorante diem:
Nunc tibi ſum meritò, ut magno Patroclus Achil
Rantzovi, iunctus proximiore loco. (li,

GVNTHERVS COMES SVVARTZBVRGENSIS.

EGregia natum generis deſcendere ſtirpe,
Ingenio viſum eſt non ſatis eſſe meo:

Sed

Sed claris etiam factis extendere nomen,
Et ſtudijs belli cura vigere tenet.
Sic alacer contra Gallos mea ſigna feroces,
Et Mahometigenas non ſine laude tuli.
Sic tibi ſuſcepi bellum, Friderice, gerendum,
Cum peteres armis Suecica ſceptra tuis.
Vnde mihi poſt hæc ſurgit nova laudis origo:
Pæne ſubit, votis fata favere meis.

ALITER.

QVod Friderice olim tibi opima ſtipendia feci,
Sueco cum Danis, Teuthonibusq; liquet.
Quid ventura dies trahat, id ſcit, qui omnia novit,
Quæ veniant, quæ ſunt, quæq; fuêre, Deus.

HEINRICVS RANTZOVIVS AD HERLVFFVM TROLlium, Præfectum claſsis Danicæ.

ET mihi tu proceres inter ſpectabere Trolli,
Hic quibus ex merito iuſtus habetur honor.
Eſt tibi cum multis decus hoc cõmune, quod arma
Chara pro patria, Rege iubente, capis:
Eſt tibi cum multis decus hoc cõmune, quod inter
Tela, mari victor, ſaucius inde cadis:
Hinc tibi ſed propriæ conſurgit laudis origo,
Vllo quæ non eſt interitura die,
Divite quod cenſu longos poſſeſſa per annos
Prædia vis Muſis eſſe ſacrata pijs.

OTHO

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

OTHO RVTE, POST TROLLIVM PRAEFECtus claſsis Danicæ.

O Miranda Dei noſtræq́ incognita menti
 Iudicia, & nullo diſſolvenda modo?
Quis tempeſtates melius, pelagiq́ furores,
 Solerti ex aſtris noverat arte vagis?
Quis mihi, ſive tenere altum, ſeu ſtringere littus
 Velles, par pelagi cognitione fuit?
Navali explicuit quis fortius ordine claſſem,
 Danica cum peterent Sueonas arma vafros?
Fata obſtant, mihi fata negant inimica triumphū:
 Conſilia absq́ DEI nulla favore iuvant.

GEORGIVS AB HOLLE, EQVES BRVNSVVIcenſis.

STemmate quæ tantùm celebri ſe iactat avorum,
 Nobilitas dici non mihi vera poteſt.
Sed quæ virtutem ſuperatve æquatve parentum,
 Et meritis ortum comprobat ipſa ſuis.
Hic labor, hic animus teneris mihi ſedit ab annis,
 Inde mihi adverſo vulnus in ore tuli.
Hoc mihi ſternenti Gallos infertur honeſtum,
 Dum tua præfectus caſtra, Philippe, ſequor.
Et me cognovit Suecus, nec proximus illi
 Quisquis eris, tardas experiêre manus.

ALI

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ALITER.

MArtis opus primis toleravi ſemper ab annis,
Militiæ & ſtatui multa trophæa meæ.
Grandia diffindit, nec dedecet, ora cicatrix,
Me docet intrepidi pectoris illa ducem.

NEMO ANTE FINEM BEATVS.

DVm verſat dubio vitam fortuna tenore,
Fœlicem ſeſe dicere nemo poteſt.

Poſt has tabulas fortiſsimorum ducum, ſequuntur ordine quorundam Illuſtrium Principum & Comitum imagines, quas herus ex Iconibus, ſibi ex Belgico tranſmiſsis, effingi atq; exprimi curavit. Principes autem, quorum formam imagines referunt, hi ſunt: Ferdinandus Toletanus Albanus, Lodovicus Borbonius Condæus: Gulielmus Vranienſis, & Vuolfgangus Palatinus. Comites vero hi: Iohannes Arnsburgenſis, Lamiralis Eggemontanus,

Na-

Navarcha regis Galliarũ Admiralius,
Dandelotus, Ludovicus Naſſovienſis,
Petrus Erneſtus Mansfeldenſis.

Quod autem horũ imagines poſtre
mo ferè loco conſtitutæ ſunt, nõ eo con
ſilio factum eſt, quod reliquis, quos ſu
pra enumerauimus, gloria rerum geſta
rum inferiores ab hero habeantur (non
enim latet herum, non nullos cæterorũ
ab his laudibus bellicis etiam ſuperari)
ſed quod cum illi, ſummis laboribus bel
licis perfuncti, iam maxima ex parte ex
tremum vitæ ſuæ diem obierint, hi om
nes ferè ſint ſuperſtites, & adhuc in gra
vi bellorum diſcrimine verſantes, acer
rimis prælijs inter ſe de victoria dimi
cent, ſtrenuamq́ Regibus ſuis in armis
operam navent.

Cum autem Mars ſit communis, &
bellorum caſus ancipites atq́ incerti, de
niq́ cum vulgus hos duces, pro fortu
na ipſorum, laude, vituperio, honore &
ignominia afficiat, ideo herus invidię &

ſu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ſuſpicionis evitandæ cauſa nulla carmina, quæ res geſtas eorum complecterentur, picturis ſubijcere voluit, ſed ſpaciũ ibidem ſatis amplum, quod poſteri ſui Epigrammatibus poterunt exornare, reliquit. Eo tamen in loco dictum Ciceronis conſpicitur:

QVICQVID EIVSMODI EST, IN QVO NON POSSVNT PLVRES EXCELLERE, IN EO PLERVNQVE FIT TANTA CONTENTIO, VT DIFFICILIMVM SIT SANCTAM SERVARE SOCIETATEM. DIFFICILE EST ENIM, CVM PRAESTARE CAETERIS CONCVPIERIS, SERVARE AEQVITATEM. Et aliud item dictum Caij Iulij Cæſaris: SI IVS VIOLANDVM EST, IMPERII CAVSA VIOLANDVM EST, IN ALIIS REBVS PIETATEM COLAS.

ITEM.

VT ſol cùm venit in ſummum faſtigium, tardius incedit: ita in ſumma poteſtate cunctantius & moderatius omnia ſunt agenda.

Veruntamen cum inter comitem Iohannem Arnsburgenſem & herũ, ſum-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ma ſemper coniunctio & amicitia exti-
terit, deberi à ſe tanto viro, quem inopi-
nata Martis vis perculit, putavit, ut bre-
vi carmine memoriam nominis ipſius
conſecraret. Itaq; ſub effigie amici ſui
chariſsimi, in ſempiternum amoris be-
nevolentiæq; pignus et monumentum,
hos verſiculos extare voluit.

IOHANNES COMES ARNSBVRGENSIS, IN Phriſia cæſus, Heinricus Rantzovius.

SI quibus inconſtans peperit fortuna dolorem,
His ego me ſocium dicere iure queo.
Et mihi natales genus & connubia magnum,
Nobilitas factis quæ fuit aucta, dabant.
Cum gereret bellum Germanide Carolus ora,
Bureni conſors ſtrenuus arma tuli.
Vt nova turbavit trepidos diſcordia Belgas,
Regis ab Hiſpani partibus ipſe ſteti.
In Phriſia vitam mihi mors ita flebilis aufert:
Sic rapiunt claros triſtia fata viros.

ALITER.

Non moror, in bello cecidi quod victus ab hoſte,
Pugnando fortes claudere fata decet.

Hoc

Hoc queror, obſcuro perij quod milite cæſus,
Nec laudem de me ſtrenuus hoſtis habet.

Iam videntur adhuc tres togati, ſub quibus verſiculi ſequentes leguntur. In una autem tabula ſunt duo Cardinales depicti, Antonius Peronetus Granvellanus, & Lotharingicus: In altera vero nobilis Iohannes Freſius, Sereniſsimi Regis Danorum Cancellarius.

ANTONIVS PERONETVS GRANVELLANVS ET LOtharingicus, Cardinales.

DEſine mirari hîc armatis eſſe togatos
Immixtos, ducibus cardineosq; patres.
Bella manu haud gerimus, mens eſt armata ſub
Fortunæ caſum conſilijs validis. (omnem
Conſilijs noſtris motus componimus orbis,
Impia cum Reges bella movere ſtudent.
Non decet, ut patriæ patres certamina nectant,
Magnosq; irritent ad fera bella viros.

APOSTROPHE H. R. AD IOHANNEM FRESIVM, CANcellarium Regis Danorum Friderici II.

NEc tu carminibus noſtris indictus abibis,
Freſi, canicie ſparſe decente caput,

Nam tua Rantzovio certè de ſanguine creta
Eſt avia, ut verſu te quoq; iure canam.
Addo tamen maius, duplici ut te iure nepotes
Rantzovidum hos inter me poſuiſſe legant.
Nam tua te virtus ad ſummos vexit honores,
Inſuper & ſtudij præmia larga dedit.
Id quod erat geminis facundus Neſtor Atridis,
Dania te ſenſit Regibus eſſe ſuis.
Externum bellum bellè non ceſſerit ulli,
Si non ſit Neſtor conſiliumq; domi.
Longa igitur tibi nent fatales ſtamina Parcæ,
Implentes vitæ luſtra bis octo tuæ.

Sunt autem ibidē adhuc quatuor collocati, quibus proprius & ſingularis locus eſt attributus, cæteriſq; quaſi exempti videntur.

MAVRITIVS SEPTEMVIR SAXONIAE.

ARma, animus, virtuſq; meis maturior annis,
Carole nota tibi, Turca fuêre tibi.
Namq; in Pannonicis quod geſtū eſt fortiter agris,
Omne manu noſtra conſilioq; ſtetit.
Tu quoq; Landriſij ad muros es Galle repreſſus,
Exutuſq; armis, non ſine clade, tuis.
Ergò mihi, in ſeptem proceres Germanidos oræ
Aſcito, Cæſar bella gerenda dedit.
Huic etiam clauſis bellum feci Alpibus, eſſet
Captus ab Albano quod meus arte ſocer.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ALITER.

PLurima nunc pacata forent, niſi ſtamina vitæ
Rupiſſet medio tempore Parca mihi.
Namq; meo decreta animo ſententia ſtabat,
Marte mori, aut pacem Marte parare meis.

ADOLPHVS DVX HOLSATIAE ET SLESVICI.

Vlx mihi prima genas veſtibat flore iuventa,
Te procul ut patria, Carole Quinte, ſequor.
Vſq; adeò mea mens iuvenili ardebat amore,
Noſſe urbes, claros militiaq; viros.
Nec votis fortuna meis bona defuit unquam,
Signa tyrocinij plurima Metis habet.
Inde domum rediens Dithmarſorũ agmina fudi,
Vltus avos, animum dedocuiq; trucem.
Nec noſtras Gotha, nec Grimſthenia ſaxea vires,
Imperij ſocio milite cincta, tulit.

ALITER.

QVi toties lecto Reges cum flore iuventæ,
Holſaticos toties qui repulêre duces,
Servati noſtræ gens imperterrita palmæ
Dithmarſi, victas Marte dedêre manus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

HEINRICVS IVNIOR DVX BRVNSVICENSIS.

NVlla humanarum quàm ſit conſtantia rerum
Collige ab exemplo, qui legis iſta, meo.
Hilsheimenſe ſolum, primo ſub flore iuventæ,
Per valida adieci finibus arma meis.
Gaudentem ſpoliјs, Heſſus cum Saxone, partis
Armata patrio vi pepulêre ſolo.
Vt niger hos vicit Iovis ales ad Albidos undam
Felix amiſſos occupo rurſus agros.
Perpetuum at nihil eſt, & ab omni parte beatum
Fortuna alternans datq; adimitq; datum.
Nam geminos natos una Mars impius hora
Abſtulit, hos letho machina dira dedit.
Haud quenquam dubiæ fas eſt confidere ſorti:
Vita aloes multum, mellis habet minimum.

PHILIPPVS LANDGRAVIVS HESSIAE.

ME belli varia afflixit fortuna procella,
Optatos portus inveniente Deo.
Exul in undecimũ Vlricus VVirtnbergicus annũ
Invito noſtram Cæſare ſenſit opem.
Et mihi pulſus agris Leo Brunſuiganus avitis,
Captus cum nato poſt ſine cæde ſuo.
Nec Carolum fuerit mihi turpe laceſſere bello,
Sed nocuit temere nos habuiſſe fidem.

Vin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Vincula ſimplicitas parit: en cuſtodia ſervat,
Dum quinq; Autumnos Pleias orta facit.
Hic gener & natus tandem, victricibus armis,
Ad patrios ſalvum reſtituere lares.

SVB D. HEINRICI RANTZOVII IMAGINE AD Lectorem.

SI quis erit, quem forte iuvat ſic quærere, quare
Hi tabulis præbent ora videnda viri?
Is ſibi virtutis proponi exempla probatæ,
Quam vicijs ſpretis diſcat amare, ſciat.
Quamq; ſit inſtabilis vitæ fortuna caducæ,
Quàm varios ſervent lubrica fata modos.
Quàm ſubito magnæ ſpes evaneſcere caſu,
Et ſoleant labi grandia cœpta virûm.
Quiſquis es, incertæ diverſa pericula vitæ,
Et dubiæ ſortis ſpernere fata, cave.
Nam caro ceu fœnũ eſt, & gloria noſtra velut flos,
Mane viget primo, veſpere lapſa iacet.

Huc uſq; viri egregij & celebrati. Occupârunt autem hi loca honeſtiora, & ſub aſpectum cadentia. Tenebricoſiora verò conceſſa ſunt hiſce ſequentibus, Chriſtierno & Erico Sueco, quod malè à plurimis audiant, & à præſtantiorum imaginibus, niſi dehortandi cauſa, ſpe-

ctatores minimè debeant avocare.

CHRISTIERNVS II. RE
DANORVM QVONDAM.

NOn mihi ſi centum linguæ ſint, oraq́ꝫ centum,
Dicere facta ſatis pro ratione queam.
Innocuos mactare viros, & humata ſepulchris
Eruere, & flammis oſſa verenda dare:
Non tondere pecus, totam at deglubere plebem,
Vxore excluſa te, Siebrechta, frui:
Delitiæ illa fuêre meæ, ſtabilesq́ꝫ fuiſſent,
Ni privaviſſet me Deus ipſe throno.

ALITER.

DIſcite iuſtitiam moniti, & non temnere Chriſti
Quicunq́ꝫ in vultus figitis ora meos.
Carcere in undecimam fermè trieterida captus,
Sævitiæ magnus Rex luo ſupplicium.

ERICVS XIIII. EIVS NO
MINIS SVECORVM REX,
in vincula coniectus.

QVid memorē mea facta miſer? reticere luberet,
Cæde & coniugio notus ubiq́ꝫ meo.
Sexaginta meis manibus ſine iure peremi,
Pars mihi magna horum ſanguine iuncta fuit.
Quoquò ergo aſpicio, diri mens conſcia facti
Occurrit, miſeris excruciatq́ꝫ modis.
Nunc mihi præceptor Dionyſius, ilia crudo
Traiectus ferro, triſtis Erinnys adeſt.

Nunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Nunc proceres Orco miſsi, atq; innoxia bello
Ante meos oculos perdita turba volat.

ALITER.

ME quis Alexandro ſimilem inficiabitur unquā?
Obtruncat proceres ebrius ille ſuos.
Sobrius ipſe etiam ſatior vel cæde meorum,
Perfoſsi manibus qui cecidêre meis.

IOANNISCVS MORIO RANTZOVIORVM.

QVid prohibet, ſi me viventem ſemper amavit,
Nunc Domino hoc iunctū me quoq; ſtare lo-
Stat quoq; piſcator, ſtomachum ſi piſcibus ille, (co.
Iucundis animum pavi ego ſæpe iocis.
Morio non vulgaris eram, iuveneſq; ſeneſq;
Luxerunt raptum funere, luxit herus.
Illi mordaces poteram depellere curas,
Ridentemq; iocis exhilarare meis.
Aut illos imitare, iuvat ſi perdere vitam,
Aut me, ſi cordi eſt vivere dulce tibi.

ALITER.

HVc ades, ô quicunq; venis novus hoſpes in arcē,
Picturis oculos paſceris atq; tuos.
Quid mirare duces miſer, ardeſciſq; tuendo?
Neſcis quale tegat ſplendida vita malum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Lerna periclôrum, & certi ſentina laboris,
Prudentum vita eſt: ſtultus at hiſce caret.
Ergò agè ſtultitiam ſimula, ſic nulla ſubibis
Munia: donantur pectora ſtulta rude.
Vt fugeret longi maleſana negocia belli,
Siſyphides littus fertur araſſe maris.
Aut flue delitijs, & duc inglorius ævum,
Aut mercare gravi grande labore decus.
Ingreditor, quodcunq; velis iter, unus utriq;
Finis, Mors fatuum cum ſapiente rapit.
Vivere non tibi vis, alieno ut tempore vivas?
Quid? num poſt ut edas, antè famem moreris?
Ah nimio fallax emitur, me iudice, nomen.
Vive tibi, nimium nec ſape, tutus eris.
Vive tibi, nec te crucia, neq; craſtina cura,
Hoc ego prudentes admoneo fatuus.

Abſolutis ijs, quæ ad latus utrunq; intra vallum ſunt, locus admonet, ut aduerſa fronti aggrediamur: quæ etſi ut ſpecioſiſsima in veſtibulo narrationis Rhethorculo cuipiam ponenda videri potuiſſent, quò elegantia & dignitate omnes in admiratione ſui raperent, ego tamen ordinis ratione prius habui, quã venuſtatis. Dandam enim operam putavi, ne obſcura et intricata evaderet narratio, quod nulla æquè re vitari poteſt,

ac ordine & conſequentia.

Proinde veſtibulum & cochlis, quia ipſis ædibus prominent, earum quoq; delineationem ante ſubijciemus. Quanquam veſtibulum nullum hic eſſe Philologos quiſpiam dixerit, quod hunc ſemicirculum Cochleę, gradibus vacuū, eo nomine appellare dedeceat: is tamen ſi in hoc ſtantes clientes, cum ad Patronum cupiunt admitti, neq; intra ædes, neq; ſub dio eſſe attenderit, eundem, quē veterum veſtibula, præſtare uſum non negabit. Sunt autem ante pagmenta ſaxea, & ſuperius limen eminentibus expreſſionibus bovinorum capitum & racemorum inauratorum eſt exornatum: ei vero ſaxum latius eſt impoſitū, quod inciſa inſignia Illuſtriſsimi Septemviri Auguſti Saxoniæ ducis tuetur, & eius donum, cochlidis gradus, candida gratitudine huiuſmodi verſibus celebrat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

HEINRICVS RANTZOVIVS
IN COCHLIDEM SVAM
Lapideam.

HAec Cochlis excisis, quã conſpicis, ardua ſaxis,
  Magnanimi donum principis illa mihi eſt:
Saxonicam qui frena tenet Septemvir in oram,
  Et pius Auguſtum nomine reqꝫ refert:
Hic mihi donavit lapides, cum miſſus ad illum,
  Dania cui paret, nomine Regis eram.
Ipſe ſuum munus commendat muneris autor,
  Grataqꝫ ſunt magnis dona profecta viris.
Ergò etiam nobis dono data principe tanto,
  Gratior hæc noſtra ſtabit in arce Cochlis.
Et ſpectaturis ſero teſtabitur æuo,
  Nobile ſe munus Saxonis eſſe ducis.

Ipſa Cochlis eſt octagonos, & inſtar pænè publicę turris attollitur gradibus ſeptuaginta uno, ſeptenis pedibus longis, dextante craſſis, quorum retractiones plus quàm ſeſquipedales ſunt factę, ne alij alijs obviam venientes incurrere cogantur, & ut honeſtæ mulieres aut ſenes prehenſo brachio per cochlidem deducantur. Retractiones poſt novenos gradus plerunqꝫ ſunt ampliores, in qui-

bus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

bus ſubſiſtentes feſsi, velut in areola, reſpirare queunt, ſi pergere velint. Nam ſola cochlide ad omnes contignationes & conclavia conſcenditur, nimirum gradu ſexto ad podium, quod circa cochlidem fornicatur, delumbato ad arcũ lacunari, ſic tenuiter, ut quaquà verſus Lunæ à coitu redeuntis effigiem repræſentet.

Id podium, cum ius dicitur, quantumvis clatratis feneſtris & valvis obturetur, propter aëris ſævitiam, tamen conſtanter audit & reddit Iudiciorum præſidi voces eorũ, qui ad hoc, ſub conſcio æthere, ut moris eſt Holſatis, lites dirimunt. Ea oportunitas & alias familiã in officio continet, quæ nunquam præſens & abſens eadem eſt, ſi ſperat fore clàm. At dum videt vocales muros verba referre averſis dominis, arundinem (ut habet fabula) aures Midæ clamare, feneſtras Argo ipſo oculatiores nequitiam deſidiamq; coarguere, effrenes ani-

mi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ni motus pudore & metu tantiſper con ſtringit. Ad podij orientalem partem ſedile ſiliceum eſt, quod ſimul baſis exiſtit arrecti illic ad parietem ſaxi, inducentis Bredenbergã verſus hos loquentem:

CVm ſterili tumulus ſtarem infœcundus arena,
Nilq; meus, ſentes præter, haberet ager,
Me Satyri tenuêre rudes, Faunicq; bicornes,
Et quæ vipereo ſanguine monſtra ſcatent.
Quos ubi Iohannes ſubmovit nobilis heros
Rantzovius, cœpi cultior eſſe locus.
Ille valens animo, & victricibus inclytus armis,
Eſſem munitæ, fecit, ut arcis opus.
Quam modo, Pierides complexus mente venuſta,
Filius Heinricus perpolit arte ſua.
Sic mihi pro Faunis Mavors, atq; innuba Pallas,
Mœnia tutantur: cætera habent Charites.
At te, Chriſte, precor, qui nutu cuncta gubernas,
Vt tutelaris Iuppiter eſſe velis.
Rantzoviumq; mihi, & natos caroſq; nepotes,
Cum longa ſalvos poſteritate dare.

Hoc podio hyeme, aut nubilo die, nihil magis fuerit ex uſu: Vbi verò cœlũ hilarius captare, apricari, tueri & odorari plantarum floſculos erit animus, gradus vigeſimus quartus cochleę te ad ſub

diale

diale podium ferat. Id ſuper hyemali eſt amœniſsimum, & ne vicium faciat, pavimentum rudere veteri affuſa calce ſolidatum & feſtucatum, atq; binis ordinibus figlinarum teſſerarum, plumbo uſto incruſtatarũ, complanatum. Eius oræ peribolis ferreis, quarum perticæ arrectoriæ lilia ex ferro operoſè referũt, cinguntur, ut ſecurus prolapſionis in illo ambulare, terramq; tutò deſpicere, imò caput inter nubila condere, errantem Lunam, Solisq; labores ferè digitis attrectare liceat. Etenim ſuprà ſubdiale eſt podiolum, tabulis auro varijsq; coloribus diſtinctis auguſtum, in quo artificioſum & ſubtile automaton horologium, cuius denticulati orbes interius libramentis ſic impelluntur, ut exterius in Auſtrali tabula planetæ ſenſim emergant, & dierum nomina oſtendantur: In Septentrionali duo ſtyli horas, atq; earum quadrantes diſcriminent: à fronte ad Orientem cataphracti equites ha-

ſtis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ſtis, ad ſingulos horarum quadrantes, ſervato elapſorum quadrantium numero, alternatim iucundo ſpectaculo minori campanæ incurſent, velut præmonentes, maximum latè iamiam boatum daturam, horasq́ diſcriminaturam. Quid verò ab ipſa Tabula orientali ſit expectandum, haud facilè dixerim, ſi rationem ſtructuramq́ operis deſideres ſcire, ſin uſum qualemcunq́ tantū exoptes, ſatisfacient tibi hi in illa ſcripti verſus:

HOc opus æquales ſpacijs diſtantibus horas,
    Lapſaq́ ſub terras, ortaq́ ſigna docet.
Quæ mediam cœli labentia ſydera, & imam
    Obtineant verſo cardine ſigna domum:
Lunaq́ quo Phœbo iungatur tempore, monſtrat,
    Oppoſitum teneat Lunaq́ quando locum.
Felices animæ, quibus hæc ſapientia curæ eſt,
    Lucidaq́ immotis legibus aſtra colunt,
Illas poſteritas meriti memor inferet aſtris,
    Aſtrorum monſtrat fabrica mira Deum.

Verum cum hoc opus ſit ornamentum arcis, & ceu vexillum, quo exulantes Muſę convolent, propoſitum, iniu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

riũ fuerit, etſi me ſubtilitas operis meaq́; infantia multũ deterreant, reticere ſtru-cturam, atq́; ingenuum Domini ſtudiũ ſua laude, Philomuſos verò Mecœnate benevolo defraudare. Neq́; enim non fateri coguntur ęqui cenſores idẽ, quod Ariſtippus, qui naufragio in Rhodienſium littus eiectus, cum vidiſſet Geometrica Schemata, ad ſuos converſus, exclamavit: Salva, ô comites, res eſt, hominum veſtigia hîc apparent. Æſtimabat enim ex opere ſtudium eorum, & in artifices egregiam voluntatem, illisq́; ſolis nomen hominum aſſerens, cæteros inanem titulũ turpiter gerere ratus eſt, qui nunquam os, in hoc à Deo ſublime datum, ad iucundiſsimũ cœli theatrum attollerent.

At vos Rantzovius ſanguis, quos patri in arcis gubernatione ſuccedere fas eſt, & patris animum & eruditionem æmulamini. Date operam, ut tantæ arcis opus, quod eſtis poſſeſſuri, intelligatis,

tis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

tis, terram, mare, cœlum, Solem infatigabilem, Lunam, reliqua aſtra, quibus cœlum coronatur, Pleiadesq́ꝫ hyadesq́ꝫ, & robur Orionis, immunemq́ꝫ æquoris vrſam, noſcatis. Hæc in clypeo Achillis fecit Vulcanus, his Arx veſtra exultat, his patris felix anima nobilitatur. Vos domeſticum, & cum tanto cõmune viro exemplũ, cum adoleverit ætas, ſat ſcio extimulabit. Vtinã mihi, quàm calcar ſponte ſua currentibus addere, tã deſcribere tabulã promptum eſſet. Sed quid tempus non neceſſaria dicendo tero?

Marginem tabulę orientalis complectitur immobilis circulus, in quatuor et viginti partes, quæ horas deſignant, æqualiter diſtinctus. Hunc duæ aureæ lineæ per centrum traiectæ ſecant, quarum eam, quę dextrorſum ſiniſtrorſum ducitur, & orientem & occidentem conſtituit, Mathematici Horizonta dicũt: Illam, quæ ſurſum deorſum vergens, ſum-

ſummi & imi cœli cardinem definit, Meridianum vocant. Per centrũ porriguntur tres axes cavi, verſatiles, alius alij ita incluſus, ut unusquiſq; dentatis rotis moveatur. Extimus axis fert orbem, in quo Zodiaci duodecim ſigna ſunt figurata: medius radium, qui in circulo immobili horas, in ſignifero menſes, ſigna & eorum gradus indicat: Intimus autẽ axis rotat aureum Draconem, qui præterquam quod quotidiè quaſi cum primo mobili ſemel circumit, etiã amplius, ut plurimùm intra diei ſpacium, tredecim partes, biniſq; horis ſingulos gradus percurrit.

Ob oculos autem ponit horas Lunę, in limbo maioris circuli, tarditatẽ item & celeritatem motus, diſceſſum & reditum ad Solem, quando Solares radios ſubeat, novumq; hauriat lumen, quando ex Diametro Soli obijciatur, plenoque refulgeat orbe, quem deniq; ſigniferi locum pererret. Complectitur etiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

hians os Draconis globum, trinas Pha
ſεων formas, creſcentis aut ſeneſcentis
Lunæ evidenter oſtendentem, modò
ut Plinius loquitur, curvatæ in cornua,
modò æqua portione diviſæ, modò in
orbem ſinuatæ. Etenim alterum hemiſ
phærium eſt inauratum, alterum deni
gratum, partem Lunæ opacam nobis,
Lucidam vero Soli obverſam innuens.
Obvertitur autem hic globus à rotula,
quæ eſt in ventre Draconis in ſummo
eius axis, ſecundum quam rotulam &
alia eſt collocata plana, cuius axis tranſit
centrum Lunaris globi. Hæc impulſa
dentibus eius rotulæ, quæ eſt in extre
mitate axis Draconis, cogit ſenſim fieri
circinationē globi totius, quod contin
git in undetriginta diebus, horis duode
cim, & dodrante.

Quid verò de ea ratione dicemus, qua
expreſsit artifex, ut vertigine primi mo
bilis radius denotans Solem circumvo
lvatur ſingulis diebus, hoc eſt, viceni

qua-

quaternis horis, ulterius tamen in Zodiaco trigeſimam ſigni partem, quem gradum appellant, ferè emetiatur. O divinæ particula aurę, ſcrutatrix & æmulatrix ſuperarum domuum. Dentata rota medij axis, cuius radiū aiebamus horas & ſigna monſtrare, habet denticulos ter centum & ſexaginta. Totidē & hæc, quę circumagit Zodiacum, minus tamen uno. Harum duarum rotarū curriculum eſt idem & unum quindecim dentium, quod ſingulis horis circumagitur. Vbi itaq; quater & vigeſies circumvolvitur, rotas has duas pro trudendo ſemel circumagit. At quia Zodiaci rota habet minus uno dēticulo, ac ſolaris radij rota temporiùs quoq; uno denticulo, qui uni ferè gradui ęquiparatur, circumeat vicenis quaternis horis, oportet, ut amplius trecentis ſexaginta diebus totus Zodiaci orbis emenſus videatur.

Hæc, ut oculi teſtantur, quia cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

motu cœleſti congruunt, & quaſi im
ginem admirandi operis ſculpunt, la
dandi ſunt, qui, reliquis luxu aut avar
tia inſanis, delectantur ingenioſis inve
tis, nec in his comparandis ullis ſumt
bus parcunt. Macti ingenio ac virtu
viri, ſic itur ad aſtra, foris nunc ea ſcru
tamini & imitamini, quæ ſub veſtris p
dibus olim ſunt futura. Hæc de autom
to brevibus dixiſſe ſuffecerit. Nam qu
omiſi, intricatiora ſunt, nec tàm verb
quàm Geometrica lineamenta, quæ lo
cum hic non habent, requirunt. Deſcr
bamus itacꝫ & Cochleæ tectum, quo
reſtat: Id gibboſis tignis conſtat, lam
niſcꝫ́ cupreis rubrica coloratis veſtitu
ſuper faſtigium ἀνεμοθείρας inauratus ve
ſatilis ita eſt collocatus, ut à ventis ci
cumactus, octo ventorum nomina i
ſingulis lateribus octagoni deſigne
quod etiam in marmorea turri Athen
Andronicus Cyrrheſtes, quem Varr
nominat Cypreſten, fecit.

Eſt

Eſt quocꝫ ſub tecto cœnaculum lepidiſsimum, ad diverſas cœli partes, tanquam ſpecula, proſpectus habens, alijs feneſtris deſpiciens armenta, greges, arva, agricolas, fœniſectores, Storam & in eo remigantes: alijs templa, ſylvas, prædia, domos, hortos, iter præter arcem facientes: & item alia, quæ oculos iucundè feriunt. Agite vero lectores benigni, ſuperatis cochleæ gyris deorſum nos demittamus, ædesqꝫ colluſtremus, ab Hypogeio exorſi. Id intergerinis eſt interſeptum, quibus ab uſu nomina dixerunt, carnario, apothecæ, cellæ butyrariæ, caſeariæ, familiaricæ & cereviſiariæ, ubi quidem & panem faciunt, zythumqꝫ coquunt, & in cupas recōdunt. Aqua autem eò ex puteo deducitur alnis in tubos excavatis, terraqꝫ obrutis, quod baiulis non minimum eſt levamē. Ex hypogeio ad ædes devenitur. Hæ ſunt latericiæ, ut cætera pleraqꝫ, ad perpendiculum factæ, pedibus centum &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

viginti longæ, ſexaginta latæ, altæ toti dem, quatuor contiguorum tecti faſti giorum. Namq́ ea ſi fuiſſent una, quo oculis blãdiri magis poterat, neceſſe fu iſſet, longè ſupra vallum eminerent, & tormentorum curulium globis expoſi ta, noxam facile caperent: quod conve nienti humilitate nunc eſt vitatũ. Qu itur ad ianuam ædiũ, in ſaxo parieti in ſerto hi verſus inciſi cernuntur:

BREDENBERGA.

ARx ego ſum vallo & foſſa munita profunda.
Nomen de lato monte vocata gero.
Sex & tercentum Sol luſtra peregerat ingens,
Ex quo natus homo Chriſtus in orbe fuit,
Cùm patruele ſuo Fridericus bella gerebat,
Illo qui profugo Danica ſceptra tulit:
Hoc me tunc ſtatuit Iohannes limite terræ,
Rantzovio natus ſanguine clarus eques.
In Domini ſtirpisq́ ſtruens & prolis honorem
Condidit, hæc illi maxima cura fuit.
Reddidit ille animam ſuperis, ego duro ſuperſte
Et mecum illius nomen honosq́ ſimul.
Sic immota loco ſeros hoc ſpector in annos,
Et tanti eſſe viri nobile teſtor opus.

Quo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Quo ſine nulla ſatis ſunt propugnacula firma,
Tu me præſidio, Chriſte, tuêre tuo.

Verum hæc exiliora, atrio noſtros animos paſcamus. Etenim hoc eſt amplißimum, clientesq́ quàm plurimos, patrono publica iudicia exercente, capit, ne quid quotidianam æſtivam diætam cõmemorem. Laquearia parieteſque mediani ſecamentis veſtiti, oleo tripla portione ad ſuccinum admixto, miris modis radiant, quinimò colore, criſpoq́ macularũ diſcurſu aceri certant. Ad decôrẽ maieſtatis accedunt imagines vivæ conditoris huius arcis, Iohannis Rantzovij, picturæq́ venuſtæ, ſententięq́ multę, quarum quaſdam annotaſſe fore non inutile, reor.

XENOPHON IN OECONOMICO.

Deus, ut mihi videtur, ab initio naturam mulieris ad opera curasq́ domeſticas idoneam fecit: at corpus & animum viri ſic condidit, ut toleran-

tius frigora, æſtus, itinera, militiã ferre poſsit. Huic igitur, quæ foris agenda, illi domum adminiſtrandam attribuit. Prudentis verò & frugi cùm viri, tùm mulieris eſſe, ſic agere, ut quæ parta ſunt bona ſerventur, & benè habeant, & alia iuſto honeſtoq; labore quæſita quàm plurima accedant.

MARSILIVS FICINVS.

VIrum ſapientem felicemq́ eum puto, qui cum ex ſolo pendeat Deo, medijs calamitatibus vivictus, quẽ nec metus exanimat, nec dolor excruciat, nec voluptas corrumpit, neq́ libido inflammat, cui ad vota cuncta ſuccedunt, qui omnia quæ vult habet. Ille ſingula habet, qui nihil deſiderat, ſorte ſua contentus, & eo, quod natura poſtulat.

ALIVD DICTVM EX XENOPHONTE, PAVCIS nonnihil mutatis, deſumptum.

QVi tolerantia antecellit, ubi laborandi eſt tempus: et robore, ubi fortitudinis eſt propoſitum & mente, ubi conſilij opus adeſt: hic profectò videtur mihi iure optimo vir bonus apprimè putandus. Is qui ab amicis decipitur, haud vituperãdus. Qui vero ab hoſtibus, maximopere accuſandus eſt. Qui nil credentes decipit, ſapiẽs eſt iudicandus. Qui vero credentes fallit, impius eſt habendus.

ISO-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ISOCRATES.

COnare inprimis vitam in tuto collocare: Quod ſi tamen cõtigerit in periculum te devocari, quę re in bello ſalutem cum honeſta opinione, & non cũ pudenda fama. Mori namq; cunctis providentia divina decrevit, ſed honeſtè vita decedere, id bonis tantum viris proprium natura conceſsit.

IN PRIOREM IMAGINEM
IOHANNIS RANTZOVII,
Equitis aurati.

HAc eſt Rantzovij depictus imagine vultus,
Qui decus Holſaticæ nobilitatis erat.
Conſilio bonus, & præſtans illuſtribus auſis,
Pro patria geſsit maxima bella ſua.
Omnia non dicam, ſed & hoc te ſcire volebam,
In magno virtus corpore magna fuit.

IN ALTERAM.

FElix, quem virtus generoſa exornat avorum,
Et virtute ſuis adijcit ipſe decus.

IN TABVLAM ROMAE.
RVINAM OB OCVLOS
ponentem.

VRbs ego Roma, patrum quam ſcripta corona regebat,
Creſcebam, ut Phœbe dimidiata ſolet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Aſt ubi me demens & cœca iuventa gubernat,
Huius conſilijs funditus (heu) pereo.
Quiſquis adhuc populos ſceptro verbisq́ coerces
O diſcas caſu cautior eſſe meo.

Ex alia parte atrij ſuſpenſa viſitur alia non diſsimilis præcedenti, ſubſcriptis notis verſibus quatuor, quibus poſtremum diſtichon eſt adiectum:

ROma vetus, veteres dum te rexêre Quirites,
Nec bonus immunis, nec malus ullus erat.
Defunctis patribus ſucceſsit prava iuventus,
Quorum conſilijs præcipitata ruis.
Ne ſimilis ſimilem caſus, da rector olympi,
Adducat noſtræ perniciem patriæ.

Spectatur hoc loco etiam tabula, ab Epiſcopo Lubecenſi Andrea de Barbi, regis Danorum Chriſtiani III. cancellario, dono data Heinrico Rantzovio, in qua depictæ ſunt tres mēſæ: huic pontifex, Imperator, reges & ſeptemviri: Illi principes Germanię et Italiæ: tertię nonnulli Cardinales, inter quos Lotharingicus & Granvellanus, & Epi-

ſcopi,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ſcopi , omnes ludentes & ad vivũ depicti, ut agnoſci poſsint, accumbunt. Hos autem circumſtant conſules civitatum Imperialium, comites & nobiles. Alloquuntur illos ingreſsi Turcorũ et Moſcovitarum Imperatores ijs, qui ſequuntur, verſibus. Fecialis item ad defenſionem communis patriæ adhortatur.

IMPERATORES TVRCA ET MOSCOVITA.

Ludite ſecuri, dum nos hoſtilibus armis
Hungaricum rapimus Sarmaticumq́ ſolum,
At niſi proſpicitis, quid res, quid tẽpora poſcant,
Hic ludus vobis exitialis erit.

FECIALIS, SIVE HERALDVS.

Luditis ô proceres, & vos fera bella movetis,
Pace quibus debet gratius eſſe nihil?
Interea Turcæ ſi ceſſerit Hungarus armis,
Et celer à Moſcho Sarmata iura petet:
Quid ſupereſt, proprios poſtquã ſæviſtis in artus,
Quin reliquum corpus barbarus interimat?
Mittite nunc ergò ludos, coniungite vires,
Donec in afflicto corpore robur ineſt.

Inq́

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Inq́ hos infeſtis agmen convertite telis,
Sic veſtra & patriæ gloria ſalva manet.

Initium verò tabulæ pingendæ fuit, heri mei de ſtatu Europæ habitus cum Epiſcopo ſermo, qui poſtea in teſtimonium ſermonis eius tabulam hero transmiſit.

Paſtis hoc ſpectaculo oculis & animis, tablinum, quod eſt ad atrij ſiniſtrā, introëamus. Id verò eſt, quo Dominus plurimùm gaudet, et in quo exornando operæ non pepercit, ob rerum in Magiſtratu geſtarum monumenta, quæ ibi multa aſſervantur. Omnia ſectilibus laminis ſingulari arte operiuntur, pigmenta acer, quod pavoninum vocant, mentiuntur, roſæ alternatim, aureis argenteisq́ bracteis ſatiatæ, ex omni parte lucent. Non ſatis eſt vidiſſe ſemel, iuvat uſq́ morari, atq́ oculos explere ſuos, adeò omnia rident, aurumq́ argentumq́, opusq́ inteſtinū, macularumq́ diſcurſus, nunc lachrimoſè criſpi, nunc

ſinuo-

ſinuoſè ſerpentes, nunc gemmas explicatæ pavonis caudæ, aut pantherinam cutem referentes. Quid verò memorem horologium eiuſdem artificij cum ſuperius deſcripto, etſi minus, in quo ſequēs iudicium de Aſtrologia depictum eſt hiſce verſibus:

SYdera corporibus præſunt cœleſtia noſtris:
Sunt ea de vili condita namq; luto.
Cogere ſed nequeunt animum ratione fruentem.
Quippè ſub imperio ſolius ille Dei eſt.
Sed quia terreſtri mens aurea mole gravatur,
Subiuga ſæpe ſui corporis acta venit.

Quid dicam inauratum automaton viatorium, quod quanquam ſubtilitate rotularum ea conſtet, ne collum geſtantis, & quidem theca munitum, gravet: nihil minus tamen, ac maxima quæq; opera, horas cœliq; faciē totam quovis momento ſtupenda arte repræſentat? Quid menſam Mathematicam, totius Aſtronomiæ variorumq; eius inſtrumentorum idæam, floridis coloribus ſic

lucu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

luculenter exprimentē, ut prius ne mireris artificis ingenium, an pictoris felicitatē, addubites? Quid tabulam ex argento ſolidam margine deaurata, continentem aſcenſiones ſignorum Zodiaci ſingulis horis per totum annum, item introitum Solis in ſigna Zodiaci, verū locum ad ſingulos menſium dies, præterea quantitatem dierum & noctium, ortū & occaſum Solis ad elevationem poli noſtri 55. graduum? Etſi ea tabula ob materiam poterat ſibi laudem comparâſſe, tamen à cælatura & argumento magis celebrari meretur. Cenſetur enim ab Aſtrologię in hac Cymbrica ora peritis artificioſiſsima, quod à nemine ante hanc diem res ampliſsima & diffuſiſsima tanto compendio ſit tractata: verū nuper à meo hero adinventa primùm, pòſt Aſtrologis conſultis, & operā mutuam dantibus perfecta. Herus enim, quanquam regijs negotijs, quibus plus quàm dici poteſt diſtrahitur, multum

tempo-

temporis nequit ſuffurari: Tamen ſæpiuſcule ad Aſtronomiam divertit, et illa honeſtiſsima recreatione, & homine libero digniſsimo delectamento fruendo, tędium ac nauſeam diſcutit, tantosq; in ea progreſſus fecit, ac ſi ei ſoli perpetuò vacâſſet. Nam præcedenti anno regi Danorum Friderico, multisq; aliјs, literis affirmavit, Ericum Regem Suecorū, iudicio ex Geneſi eius facto, propediem captum iri, quod nunc eventus comprobavit, Verum hęc quia pręſens non intuéris, nec ego arcis ornamenta exornare, aut oratione aſſequi poſſum, non te moveant, votum certè, & alia D. Heinrici Rantzovij hîc & alibi ſcripta, fuiſſe digna, quę non in tablino deliteſcerēt, ſed innoteſcerēt omnibus, ſi candidè leges, clamabis, et me, qui hoc opellę deſumſerim, non ambitionis aut vanitatis opinor, argues.

HEIN.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

HEINRICI RANTZOVII

VOTVM, AD IMITATIOnem Xenophontis.

EGo, quanquam anteponerem vitæ ſecuritatem clarioris fortunæ periculis: Tamen cum Deus Opt: Max: trinus & unus, nos non tantùm nobis, ſed cùm ſibi, tùm Reipub: propinquis ac amicis naſci voluerit: iiſdem adductus cauſis, me ipſe ultrò laboribus offero devoveoq́ꝫ, & vaſto negociorum mari lubens cõmitto, atq́ꝫ ita impotentis fortunæ procellis & fluctibus caput expono atq́ꝫ obiicio. Illud verò ab ipſo Deo immortali precibus ſeriis ſemper contendi, & contendo: Primùm, ut mihi meisq́ꝫ integram donet corporis ſanitatem: deinde in rebus agendis circumſpectam celeritatem, in conſultando piam prudentiam, in dicendo benevolam autoritatem, contra hoſtes mitem victoriã, à maioribus gratiæ conſtantiã, ab æqualibus amicitiam minimè fucatam, ab inferioribus obſervantiam meritis conciliatam, à ſubditis ſpontaneam & fidam obedientiam, benignè mihi & clementer conferre dignetur: deniq́ꝫ ut relicta à parentibus bona conſervet, rem familiarẽ proſperet augeatq́ꝫ. Poſtremò ſeneſcentibus nobis, cymbam noſtram ex tempeſtuoſo hoc mundi pelago, æterni numinis amore ſenſim perducat, corporiq́ꝫ vitæ moleſtiis defuncto, in religioſis maiorum monumentis requiem, & in extremo adventus ſui iudicio, glorioſam reſurrectionem ac beatã immortalitatem largiatur.

IDEM

IDEM BREVIVS OCTASTICHO EXPRESSVM.

SI mihi pro votis libeat traducere vitam,
Sectariq́ animus quod mihi ſuadet, iter:
Malim ego privatam ſecurus degere vitam,
Quàm vitæ illuſtris mille pericla ſequi.
At quoniam noſtri partem ſibi vendicat ortus
Publica res, partem poſcit amicitia:
Me curis expono lubens, ſubeoq́ labores,
Da Chriſte, ut faciam grata tibi & patriæ.

AD FVNDOS SVOS HEINRICVS RANTZOVIVS, SVMPtis ex Flaminio pleriſq́ verſibus.

Venuſte agelle, tuq́ pulchra Vellula,
Saltusq́ & amnes uberes,
Salicta, & umbra ſibilantium arborum,
Et uda rivis paſcua,
Tuq́ arx honos ſoli decusq́ Cymbrici,
Storæ propinqua flumini,
Dignis ſatis quis efferet vos laudibus?
Mei parentis optimi
Olim voluptas, & quies gratiſſima
Fuiſtis, & poſtquam ſenex,
Laboribus domeſticis & bellicis
Perfunctus & periculis,
Terras reliquit, & beatus cœlitûm
Petivit oras incola:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Vos alter appetivit uſq; plurimùm,
  Fundum daturus alterum,
Rogatus & quidem ſæpiſsimè
  Mutare ſic decreveram.
Nunc non relinquam. Iam iuvabit arbores
  Manu paterna conſitas
Videre, iam libebit in cubiculo
  Dulces inire ſomnulos,
Vbi ſenex ſolebat artus languidos
  Molli fovere lectulo.
In Vellula capreas iuvabit ſternere,
  Cervisq; rete tendere,
Et glandibus ſues agreſtes paſcere,
  Quid eſſe dulcius poteſt?
Gaudete prata rivuliq; lympidi,
  Stora atq; culta Vellula,
Lætiq; ruminantium boum greges,
  Heri vetuſti filius
Vos poſsidet, Deo volente maximo,
  Suisq; tradet poſteris.
Tibi ergò laus, perennis & ſit gloria,
  Inſeparata Trinitas,
Verbum, paterq; et ſpiritus ſanctiſsime,
  Qui condidiſtis omnia.

IDEM EX THEOGNIDE.

NEmo hominũ vivit, qui parte beatus ab omni eſt,
  Qui ſapit, invicta ſpe ſua damna levat.
Alternis fortuna bonis mala plurima miſcet,
  Vtraq; ſunt æqua mente ferenda pĳs.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Si mereor, te ſumme Deus rogo pectore toto,
Rebus ut avertas triſtia fata meis:
Attulerint ſed quando graves adverſa dolores,
Des animum, firma qui ferat iſta fide.

E regione horum Heinrici Rantzovij carminum, ſequentia penicillo, in ſectilibus parietum operimentis ligneis viſuntur:

PHILIPPVS MELANCHTHON EX ANTIGONE Sophoclis.

NOn pectus ullius poteſt introſpici,
Vrbis magiſtratus priuſquam geſſerit.
Ergo, ſi quis in gravi periclo civium
Vere ſalutarem ſciens ſententiam,
Eam, timore victus, occultat tamen,
Hunc iudico civem e ſe malum ac inutilem.
Et ſi quis antefert ſaluti patriæ
Privati amici gratiam atq; munera,
Hic omnium eſt mortalium iniuſtiſsimus.
Ergo Deum teſtem invoco, ſi patriæ
Diſcrimen impendêre videro meæ,
Me voce dicturum atq; mente libera
Sententiam, veriſsima quæ videbitur.
Nec ullus hoſtis civitatis publicus
Privatim amicus eſſe ducetur mihi.
Sed navis hæc, quæ ſervet omnes unica,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Sit civitas, qua cum vehemur integra,
In ipſa amicos quærere florentes licet.

Nunc perſequemur reliquas ſententias parietibus tablini aſcriptas.

Et primum quæ in argentaria capſula ſcriptæ leguntur, ubi inſignia gentilitia heri & uxoris ſuæ depicta conſpiciuntur.

Quemadmodum corporis forma, habitu, geſtu, prognati maiores ſuos referunt: Sic etiam animo, conſilijs, actionibus, plærunq; eoſdē imitantur.

ITEM.

TAntam vim atq; neceſsitatem poſsidet paternus maternusq; ſanguis, ut ſi quod decus ex eo profectum, non facilè intermori, ſi qua macula verò inde concepta, non facilè elui poſsit.

ITEM.

SAtius eſt rebus geſtis florere, quàm maiorum opinione niti.

ITEM.

HAec liberis eſt gloria pulcherrima, ſi quis bonis pa-

pa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

parentibus natus, moribus eos referat ſimilibus.

ITEM.

IS mihi videtur ampliſsimus, qui ſua virtute in altiorem locum pervenit, non qui maiorum rebus geſtis ſe effert.

TERENTIVS.

ITa vita eſt hominum, quaſi cum ludas teſſeris,
Si illud, quod eſt maxime opus iactu, non cadit,
Illud quod cecidit ſorte, id arte ut corrigas.

XENOPHON IN œconomico.

CVm didiciſſe mihi viderer, Deos hominibus rei bene gerendæ poteſtatem non dediſſe, ſine cognitione rerum gerendarum, & perficiundi quod opus eſt diligentia: Prudentibus verò & rem diligenter adminiſtrantibus, aliis proſperitatem commoditatemq́ dare, aliis negare: his rebus adductus equidem Deos colere cœpi, ac precibus impetrare contendi, & hodie contendo, ut proſperam mihi valetudinem viresq́ corporis tribuant, honorem in civitate, benevolentiam in animis amicorum, ſalutem non inhoneſtam in belli periculo, incrementum ſine crimine in re familiari.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

IDEM.

CVm animadverterem ab actionibus iiſdē, alios admodum pauperes, alios perquam divites eſſe, admiratione captus hæſi, & hoc quid eſſet, inquiſitione & inveſtigatione dignum iudicavi. Cumq́ perſcrutarer, propriam peculiaremq́, cur hæc ita fierent, rationem eſſe deprehendi: Qui temerē & inconſultē negocia gerebant, damnum facere videbam: qui ſtatuto conſilio rem diligenter adminiſtrabant, eos expeditius & facilius agere cum quæſtu animadvertebam.

ARISTOTELES.

QVatuor obſervare oportet patremfamilias circa pecunias: Nam & quęrere poſſe convenit, et quæſita tueri, alioqui nulla quęrendi foret utilitas: eſſe præterea talem, ut & frui præſentibus & ornari ſciat, & negotia ſic ſunt moderanda, ut omnium ſimul periculum non ſubeat.

IDEM.

Opes tuas duplici nomine Colito: nēpè, ut à magna iactura facilè te expedias, et ut bono homini infortunium patienti ſuccurras.

Præter hæc autem viva imago Ioannis

nis

nis Rantzovij, Heinrici & Pauli filio-
rum, coniugumq; eorum: Andoverpiæ
item, atq; immanis gigas in tabella ibi-
dem conſpiciendus exhibetur. Hîc, le-
ctor, mihi in memoriam redigitur pro-
digioſum quiddã, quod Cornelius Gra
phęus Andoverpianorum à ſecretis ſcri
pſit, & multum ad colligendam gigan-
tis vaſtitatem facit: Cathenis ferreis ſu-
ſpenſa viſi in ſenatu Andoverpienſi co-
xam, dentem, brachium, ſcapulam & ti-
biam, inſuetæ magnitudinis integra oſ-
ſa, quæ putentur Antigoni, eius loci
quondam Tyranni: Anatomices peri-
tos ex dimenſione eorũ colligere, octo-
decim pedum hominem fuiſſe. Mon-
ſtroſa me hercule ſtatura, duabus ferè
partibus amplius procerior, quám no-
ſtra, & cuius umbilicus verticem Golię
in Biblijs ab Iſraëlitis tantoperè formi-
dati ſupereminereret. Sed hæc hactenus:
nunc quod porrò inſtat, de ærario tabli-
no proximè adhærenti, agamus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Prominet hoc ex Auſtrali ædiũ parte denis & quinis pedibus, ab hinc biennio, valido muro extructum, & teſtudine concameratũ. Eius feneſtræ hamatis ex ferro clauſtris, valuiſq; ex ære ſolidis, nihil non arcent, humus, præterquã quod aſarotis, in varios colores & formas tinctis, ſtrata gaudet, etiam foribus ex ęre, quibus ad Cryptam ærarij ſecretã itur, fulget & illuſtratur, ne ab incendio & vi noxam facilè capiat. Ipſius autẽ ærarij fores ſunt ferreis laminis ſtanno incruſtatis obductæ. Foruli exquiſita lectiſsimorum librorum ſupellectile onuſti veſtiunt parietes, ac ſi bibliotheca, non ærarium eſſet: quod vacuum libris eſt ſpacium, id exotica precioſa electri, coralliorumq; genera, in varias figuras tornata, rythmiq; Germanici occupant. Horum, quod ex Syracidis ſecundo & quadrageſimo capite eſt deſumptum, id dimetris, quia Germanica latinis inſerere religio erat, verti poteſt:

Vbi

VBi manus ſunt plurimæ,
Seclude ſedulò tua,
Servaq́;, ne mala involet
Harpya aduncis unguibus.
Quæ traditurus es tuis,
Horum velim explores prius
Numerum, atq́; menſuram probè,
Et pondus ijs præſentibus:
Nam ſic miniſtris conſules,
Rebusq́; prudenter tuis,
Anſamq́; præcides dolis,
Et ſuſpicaci pectori
Vaniſsimum adimes metum.
Accepta verò & data refer
In Codices demta mora.
Nam quisq́; proximus ſibi,
Et de tuis, ni videris
Augere rem ſtudet, ſuam,
At tu, tenaci glutino
Qui perfidiſsimas manus
Vnctas habes, ut quicquid hæ
Tangant, velut acetabulis
Sit polypi abſorptum, hæreat
Statim, malisq́; calculis,
Dolisq́; aliena intercipis,
Nunquid ſupremi non times
Iram verendam iudicis?
Quamvis ocellos faſcinas
Hominum, haud Dei tamen effugis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

SVB EFFIGIE CAROLI V. IMPONENTIS FRATRI FERDINANdo coronam, circumſtantibus Germaniæ Septemviris, & hæc tabula donodata hero.

SI tibi plus ultrà placuit contendere Cæſar,
Ad foſſas Metis non bene caſtra locas:
Hic poſitus limes fatalis, Carole, ſortis,
Quæ tibi tot bellis obſequioſa fuit,
Admonet, ad metam te perveniſſe, nec ultrà
Victrici curſum poſſe tenere manu.
Ergò ſiſte gradum: capiat Ferdnandus habenas
Imperij: reliquum iure Philippus habet.

Hic calvaria quoqꝫ ex alabaſtrite mellei coloris eſt ſculpta, quæ Symmetriam oſsium, ſeptem ſuturas & meatus, per quos venæ & arteriæ aſcendentes cerebrum nutriunt, & item alia ſic repræſentat, ut in ea nihil, niſi quod non maior ſit & oſſea, deſideres. Quid illa, in ærario dicis? ut animum contemplantis aurum, futuræ & cum omnibus ęquatæ ſortis admoneat. Adiuncta eſt ęrario cochlis latericia ęquè atqꝫ ſaxea illa, quæ ad ędes orientem verſus eſt maxima, qua ad

omnes

omnes cotignationes ferè conſcenditur, Bibliothecę tamen ſubſervit plurimum quę ſupra ęrarium, & non minus ac ipſum, teſtudinata iucundiſsimè & oportunè ſurgit.

Etenim matutinum lumen tranſmittit, meridianum ſervat continuè, aut excludit, ſi vereris ut humidi venti, quibus ſitus ſqualidus & tineæ procreantur, volumina corrumpant. Ea omnium generum authorum, pro diverſitate ſcripti, diverſos occupant forulos, & in claſſes ſeptem ſunt digeſta: Hæc logices, illa Mathematũ, ea Phyſices, proxima medicinæ, illa Iuriſprudentię, iſthæc Theologiæ, nec non hiſtoriarum, quæ ex omni orbis parte magno ære & labore conquiſitæ ſunt, cenſetur & inſcribitur. Quo ordine quid utilius, quid pulchrius reperiri poteſt?

Etenim, quod herus dicere ſolet, uti inſanus agricola habetur, qui hordei, fabarum, piſorumq; acervos tritico com-

mi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

miſcet, ſub ſatione leligit rurſus : ita ex tremę eſt inſaniæ, indigeſtos et inexpli catos poſsidere libros. Sed men, verb quibus te pro merito erga me tuo bibli theca depingam, poſſe invenire? Salve delitiæ, requies nauſeantis, & omniu rerum ſaturi animi, medicina ægri, qu torpenti orexim potionibus melle Hy blæo ſuavioribus facis & exacuis. Salv bibliotheca, ter quater ſalve. Præ te mi ſordent omnia conclavia, ſunt ergaſtu la, latomiæ ſunt, tu theatrum, tu paradi ſus mihi. Iuvat profectò, iuvat cum to virorum illuſtrium monumentis con ferre pedem, more apiculæ per tot foru los volitare, belliſsima quęq; decerpere à philoſophorum familijs ad Theolo gos, ab his ad medicos, una aut altera hora interdum deficere.

Delectat præclara inventa, ſi non aſ ſequi, certè admirari, & ignarum rerum imagine gaudere. Mira voluptas eſt ænea Aſtrolabia, globos Aſtronomi

cos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

os & Geographicos, inter manus & brachia verſare. Advocant, paſcunt, tenent, animoq; mœſto demunt angores graves, pictæ in pariete terræ, Aphrica, Aſia, Europa, & his quarta accedens America. Non parum etiam gratiæ addunt ſpecularia Andoverpia delata, quę ſeptem artium elementa fictis in id perſonis repræſentant, cuilibet inuſto diſticho.

GRAMMATICA.

Grammatica os tenerum pueri balbumq; figurat,
Scientiarum cæterarum ianitrix.

DIALECTICA.

Vti hominem ratione docet Dialectica, quare
Meritò artium apicẽ magnus hanc Plato vocat.

RHETORICE.

Rhetorice gratos ſermoni aſtuta colores,
Quo dulcius fluat is ad aures, adiicit.

MV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

MVSICA.

Concentum inter ſe et diſcrimina grata canorum
Aure erudita depræhendit Muſica.

ARITHMETICA.

Hæc contemplandis numeris ars gaudet, eorum
Occulta ſolers eruens myſteria.

ASTRONOMIA.

Aſtrorum Vranie curſus, variosq́ recurſus,
Oculis notans, futura mente prævidet.

GEOMETRIA.

Veſtigare Geometriæ intervalla locorum eſt,
Quamq́ alta, longa, lata, rerum corpora.

At ne ego, lector mi, egregiè impudens tibi videor, qui meum in conterendis heri voluminibus ſtudium tibi in os eructem? Ne videar quæſo. Vir bonus eſt publicum bonũ, & rivuli fontis eius derivantur foras, nulli negantur. Ego beni-

benignitatem heri in me claudi nunquã ſenſi, imò, qua eſt humanitate, me ſępiuſculè invitat in bibliothecam, nec me, ut ſic dicam, rivalem lectitandorum librorum reſpuit, illo pręſente, abſente, mihi hęc patet. Ingratus ſim, ni hoc beneficiū agnoſcam & celebrem. Atq; utinam tales viros noſtra ſecula plures tuliſſent, minus furorum, minus bellorum eſſet, minus bonę literæ malè audirent, & negligerentur. Etenim ſint Mecœnates, & erunt Marones, ſint Antonini & erunt Oppiani. Felices respublicæ, quarum principes tempora, quæ negotijs ſuffurantur, non aleæ, non luxui, ſed ſtudijs honeſtis, ſed libris impertiunt, ijs animos expoliunt, ijs ſua ocia, ijs negocia condiunt, quin eiuſmodi honorem habent, ut cū hero meo de ijs ſic ſentire & dicere non pudeat.

AD

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

AD LIBROS BIBLIOTHE-
CAE SVAE VERSICVLI
Heinrici Rantzovij.

SAlvete aureoli mei libelli,
Meæ delitiæ, mei lepóres,
Quàm vos ſæpe oculis iuvat videre?
Et tritos manibus tenere noſtris?
Tot vos eximij, tot eruditi,
Priſci lumina ſeculi & recentis,
Confecêre viri, ſuasq́ vobis
Auſi credere lucubrationes,
Et ſperare decus perenne ſcriptis.
Neq́ hæc irrita ſpes fefellit illos.
Veſtro præſidio per univerſum
AEvo perpetro leguntur orbem,
Doctorumq́ volant per ora clari.
Vos eſtis requies honeſta mentis,
Iucunda ingenijs bonis voluptas,
Rebus perfugium minùs ſecundis,
In lætis decus & nitor refulgens.
Vos ætáte puer virente magno
Sum complexus amore, nunc vir autem
Multò proſequor impotentiore,
Et quam fata diu ſinent amare,
Vobis immoriar mei libelli:
Ac cum rege lubens fatebor illo
Alphonſo egregio, eſſe cariores
Veſtras divitias mihi, benigna
Quàm ſors quas mihi contulit caducas.
Hæc eſt vera beatitudo vitæ,

In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

In caſto thalamo, pia bonaq́;
Iunctum coniuge, functione certa
Inſervire Deo, brevisq́; vitæ
Semper munia ſedulum ſubire,
Et caram ſobolem ſibi educare,
Lectis moribus æmulam, parare
Multis commoda, nemini nocere.
Tum, ſi quando graves premunt dolores,
Et curæ ſubeunt laborioſæ,
Iucunda recreatione mentis,
Triſtes pellere cogitationes:
Aut evolvere, plurima refertos
Priſcorum ſapientia, libellos,
Et ſic tam benè colloqui diſertis,
Aeternoq́; viris honore claris,
Quamvis ſecula multa iam ſepultis:
Aut pernicis equi ſubire tergum,
Venariq́; feras, & in doloſos
Nunc parvum leporem fugare caſſes,
Et cervum cane perſequi ſagaci,
Nunc urſum truculentum, aprumvè torvũ,
Ferro ſternere tranſeunte corpus.
Hæc, poſt difficiles graveſq́; curas,
Optata ingenij quies honeſti,
Hic vitæ tenor eſt beatioris.
Salvete aureoli mei libelli,
Salvete, ex quibus hæc mihi voluptas
Aevum percipitur per omne grata.
Quàm vos intueor libenter? & quàm
Lubens colloquor: Ecquid æſtimandum eſt
Curis eſſe beatius ſolutis?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ALTERIVS AVTORIS.

OCia honeſta Deo, cuncta atq; negocia ſummo
Quæ dicat, hæc multis vita beata modis.

Poſthæc gravis ſententia Senecæ ex Octavia act. 2. ſcripta exhibetur.

Pulcrum eminere eſt inter illuſtres viros,
Conſulere patriæ, parcere afflictis, fera
Cæde abſtinere, tempus atq; iræ dare,
Orbi quietem, ſœculo pacem ſuo,
Hæc ſumma virtus, petitur hac cœlum via.

ITEM ALTERIVS AVTORIS:

MOrtales homines & re & ſermone iuvare,
Perpetuum magni eſt principis officium.

Quæ in ęrario & bibliotheca conſpicienda exhibentur, ea hactenus: reſtat applicitum ærario valetudinarium in interiore domus parte, quod familię voces, hinnitus equorum, carrorum ſtridores, tempeſtatumq; motus non ſentit.

Huius

Huius etiã parietes inteſtino opere ſunt intecti (ut omnia, quæ infra primã contignationem) & aſteriſcis auri bracteis ſubtenuibus obliti radiant. In forulis ſtillatitij plantarum vapores, atq;, ut chymiſtarũ voce utar, quintæ eſſentiæ, nec non efficaciſsima alexipharmaca, atq; exquiſita ad varios morbos remedia, ordinatim diſponuntur.

Eſt & ibidẽ blandiſsima imago Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti affixa, tres digitos in iurantium morem ſuſtollentis, & Ezechielis illud proferentis: Vivo ego, nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat. Hæc imago umbris, lineis & comminutis angulis, ſpectatorum oculos ita faſcinat, ut longè quaſi ex tabula æqua, & ad regulam plana prominere, & ſub tactum cadere videatur. Concavum mundi orbem (is Chriſti manum implet) & in eo urbem velut ultra tabulam oſtendit. Quæ extantia videri voluit pictor, ea corpus

umbræ dant ex ſeſe. Sunt autem circ
hanc utrinq; deſcripta:

Ex Pſalmo nonageſimo.

O Immenſe & æterne Deus, erudi & doce nos, u
aſſidue meditemur, nobis moriendum eſſe, &
quod vita noſtra ſit quaſi herba, quæ mane flore
& ſuccreſcit, veſperi ſucciditur & areſcit. Anni vitæ
noſtræ ſeptuaginta ſunt, ſi ad ſummũ proceſſerit
octoginta. Cumq; præſtantiſsima fuit, labor fuit et
moleſtia, quia celeriter præterit, quaſi avolet.

Syracides capite 40. & 41.

NE metuas mortem, ſed cogites, à Domino ita
conſtitutũ eſſe ſuper univerſam carnem, et eo
rum, qui ante te fuerunt, & qui poſt te venient. Et
quid recuſes te voluntati divinæ ſubmittere, ſive
decem, ſive centũ, ſive mille vixeris annos? Quic
quid terra oritur, in terram redigi oportet, que
madmodum flumina omnia mare influunt.

Ibidem capite tertio.

Qui honore proſequitur patrem, eius delicta non
puniet Deus, & qui honore afficit matrem, bo
num

num theſaurum colligit. Qui reveretur patrem, & ipſe ex liberis ſuis voluptatem capiet, cumq́ꝫ orat, preces eius exaudientur. Qui honorat patrē, vita longiore fruetur, & qui propter Dominum præſtat obœdientiam, in hoc mater habebit ſolatium. Nihil ex his, quæ videmus, manet. Ideò admiror dementiam noſtram, quod tantopere amamus rem fugaciſsimam corpus, timemusq́ꝫ ne quando moriamur.

Viſuntur hîc & alia, ut Chriſtiani III. Daniæ regis defuncti delineatio, & Heinrici Rantzovij ſub patris, iam tum mortui ante octiduū, imagine epigramma ſcriptum, Lamentatio ſylvæ Vellulæ, & Nymphę inſidentis piſci, cui Storæ nomen accolæ faciunt, & Geſnerus acipenſerem veterum interpretatur, & dicta quædam non inutilia: Poſtremo æneę quinq; tabulę, ſecamentis parietū affabrè inſertę, in quibus monumenta quorundam Rantzoviorum Itzehoæ humatorum ſunt ſculpta: quę omnia ſigillatim recenſenda duximus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

HEINRICVS RANT-
ZOVIVS.

Hîc pater exhalans animam conceſsit ad umbras,
Hinc mihi ſemper erit lugubris ille locus.
Ingrediens cari mortem lugebo parentis,
Dum reliquus noſtro corpore ſanguis erit.
Cumq; quid humanũ eveniet, ſi fata probabunt,
Tu locus ægroti, tu morientis eris.
In te confugient (quoniam ſecretus es) omnes,
Corripiet morbus quotquot in arce meos.

VELLVLA.

RAntzovius poſtquam crudeli funere raptus
Ceſsit ad Elyſij regna beata ſoli,
Fleverunt montes, fleverunt paſcua & amnes,
Atq; pharetratæ candida turba Deæ.
Aruit immenſo viridiſsima ſylva dolore
Vellula, glandiferis culta cacuminibus.
Squalet ager, lætisq; carent nunc frugibus arva,
Cuncta dolent, tanto depereunte viro.

STORA.

Rivule, cur præter ſolitum tuus humor abundat?
Dic Stora, lucidulam quis tibi turbat aquã?
Rantzovij miſerum me triſtia funera turbant,
Creſco ego de lacrymis perditus ipſe meis.

Ille

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Ille erat (heu) ſummi vivens mihi cauſa decôris,
Ille mihi moriens abſtulit omne decus.
Ne mihi quis lympham violaret, condidit arcem
Me prope, depreſſo Palladis arte ſolo.
Extinctum plangant pax & cum Marte Minerva,
Religio, Charites, Cimbrica terra patrem.

IESVS SYRACH.

MI fili explora, quid corpori tuo ſit ſalubre, & vide, ut ne, quod noxium ſit, ei exhibeas: nō enim omnia omnibus conveniunt.

Cicero 2. Officiorum.

VAletudo ſuſtentatur notitia ſui corporis, & obſervatione earum rerũ, quæ res aut prodeſſe ſoleant, aut obeſſe, & continentia in victu omni atq; cultu, corporis tuendi cauſa, & prætermittendis voluptatibus.

Idem de Senectute.

MEditatum ergò eſſe debet ab adoleſcentia, ut mortē negligamus, ſine qua meditatione tranquillo animo nemo eſſe poteſt. Moriendum enim certe eſt, & id incertum, an eo ipſo die, ſapientiſsimus quiſq; æquiſsimo animo moritur, nec eum vixiſſe pœnitet, quia ita vixerit, ut nō fruſtra ſe natum exiſtimet, & ex hac vita diſcedit, tanquam ex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

hoſpitio, nõ ex domo. Commorandi enim diver-
ſorium natura nobis, non habitandi dedit.

Incertus Autor:

PRincipium vitæ dolor eſt, dolor exitus ingens:
Et medium labor eſt: vivere quis cupiat?

Viſuntur et eodem loco queſtiuncu-
le, quas cur omitterem, ratio nulla fuit:
Quid eſt vita? Beatorum letitia, miſero-
rum mœſtitia, expectatio mortis. Quid
eſt homo? Mens incarnata, phantaſma
temporis, ſpeculator vitæ, mancipium
mortis, tranſiens viator, anima laborio-
ſa, parvi temporis habitaculum.

Incertus Autor:

QVid ſit vita, rogas? nihil eſt, niſi mortis imago.
Quid ſit homo, queris? pulvis & umbra ſumus.
Quid ſit vita, rogas? nihil eſt, niſi ſpesq́; metusq́;.
Hæc inter dubij vivimus & morimur.

MO-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

MONVMENTVM, IN HONOREM ET MEMORIAM PROgenitorum ſuorum poſitum, ab Heinrico Rantzovio, anno 1568.

In ænea hac tabula Heinricus Rantzovius, pio erga maiores ductus affectu, ſculpi & deſcribi curavit nomina, annosq; obitus progenitorum ſuorum, quorum in memoriã lapides & monumenta collocata viſuntur, in primario D. Laurentij templo oppidi Itzehoæ, ad altare ſanctę trinitatis: quod altare ab ipſis Deo trino et uno, non paucos ante annos dicatum, annuisq; et perpetuis in hunc uſq; diem proventibus liberaliter dotatum eſt. Multi verò ex eadem familia eodẽ loco humati quieſcunt, quibus hæredes, poſteriq́; parũ grati in eos, nullum ad memoriã honorem impenderunt. Quare liberis ſuis mandat, nepotes poſterosq́; ex ipſis orituros rogat, ne quem in avita inferri ſepulcra ſi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

nant, cui à ſuis aliquod non ſtatuatur ſepulturæ monumentum, nomenqꝫ, ętas, dignitates geſtę & obitus, in hanc tabulam annotata referantur.

Anno 1440. obijt Breida Rantzovius, patre natus Domino Caſtelli Crummendick, proavus Heinrici authoris huius tabulæ. Hic multorum pagorum poſſeſſor fuit, qui poſtea monaſterio dicti templi partim precio venditi, partim religionis nomine dono dati ſunt. Plures quoqꝫ liberos genuit, eorum qui Petrus fuit dictus, eius poſteri hac ætate Domini ſunt prędiorū Nienhoff & Vuammendorp, quorum ex numero Daniel Rantzovius fuit, qui ſummus belli dux contra Suecum Danorum regi militans fortiter occubuit.

Alij præterea duo, alter Hermannus Hamburgēſis, alter Bartoldus Bremenſis, Canonici fuēre, quem canonicatum illis familiæqꝫ ipſorum, certo præfinito tempore, ſingulari quadam indulgentia

anno

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

anno 1489. cōtulit Pontifex Innocentius IIII. Vndecimo poſt anno obijt uxor eius Druda Ratlovia, die Bartholomæi. Qui ambo eodem loco, ad latus Auſtrale chori, eo in tēplo ſepulti ſunt, ſub lapide albo, in margine quadrata annotationem annorū obitus utriuſq;, in medio inſignia familiarum continente. Supra huius caput alter eius frater cum coniuge ſepultus iacet, lapide cum utriuſq; inſignibus ita inſcripto: Anno 1450 obijt Caius Rantzovius, & anno 1439. Anna uxor eius, die Franciſci. Supra Caium tertius quieſcit frater, ſub lapide huiuſmodi inſcriptionis: Anno 1459. die Petri & Pauli, obijt Caius Rantzovius. Inſigne additum nullum eſt, ſpacio tantum, quo includi poſſet, relicto.

Ex adverſo eius lapidis, ſub quo prior Caius cōditus eſt, chorum verſus, iacet ſaxum, nullam imaginem, ſed nudam hanc inſcriptionem, cum utriuſq; inſig-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

nibus leviter inciſis, continens: Anno 1465 obijt Breideke Rantzovius. Anno 1460 Margareta uxor eius. In medio inter hunc & illum quieſcit Metta ſoror germana Breidæ proavi Heinrici viventis. Hæc nobili ex Reventlaviorũ familia viro nupſit, ex quo cum prolem nullam ſuſtuliſſet, aliquam bonorum ſuorum partem monaſterio largita eſt.

Lapis imaginem habitu ornatæ nobilis matronæ eleganter inciſam præfert, ad cuius pedes utriusq; familiæ inſignia ſpectantur. Inſcriptio verò hæc eſt: Año 1489 Dominica Cantate, obijt nobilis Domina Metta Reventlavia, quæ contulit huic monaſterio quinq; millia marcarum. Ex adverſo lapidis eius, ſub quo poſterior Caius humatus eſt, verſus altare S. Trinitatis, ſepultus cum uxore beatam reſurrectionem expectat Heinricus Rantzovius, primi Breidę filius, Heinrici poſterioris avus. Is fuit præfectus Hamburgenſium in

arce

arce Steinburg, nec ſexageſimum ętatis annũ exceſsit. Vxorem habuit Oligardam à Bockvuolden, filiam Domini in Borſtel, Sirhaven & Neverſtorp, quę multos ipſi filios filiasq; geñit. Poſt obitum viri, cum per 41. annos vidua vixiſſet, octogenaria ferè peſte obijt. Lapis duobus viri fœminæq; ſimulachris inſignitus, hanc inſcriptionem habet: Anno 1497. die Sabbati poſt Viti, obijt Heinricus Rantzovius, filius Breidæ. Anno 1538. die Sabbati poſt Lætare, Oligarda uxor eius.

Inter hunc et Caium in medio tertius iacet lapis, viri item fœminæq; & puellę affabrè inciſas monſtrans imagines, ſub quo requieſcit Paulus Rantzovius, primi Heinrici filius, patruus poſterioris, unà cũ uxore Abela & filia Anna. Fuit conſiliarius Friderici I. Regis Daniæ, præfectusq; & adminiſtrator aulę eius. Inſcriptio talis eſt: Anno 1521 die Viti veſperi vita exceſsit Paulus Rãtzovius,

filius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

filius Heinrici. Anno 1526 die Mercurii
poſt Paſcha Abela uxor eius. Año 153
octava Martini Anna Rantzovia. Ad
idem latus chori, ubi angulum efficit, la
pis iacet ſubniger, duplicem referens
imaginem, matris cum infante linteis fa
ſciisq́, ut defuncti ſolent, illigatæ, in for
mi præterea circūſcripto ſpacio, quo viri
viventis adhuc poſt mortem imago in
cidi poſsit.

Sub hoc Magdalena, Ioannis Rant
zovij equitis filia, ſoror Heinrici poſte
rioris, à patre fratribuſq́ honorificè pri
mùm condita eſt, deinde in paternum
monumentū per fratres trāslata. Nup
ſerat viro nobili Oſevualdo à Vuiſche,
cumq́ años vixiſſet 29 et menſes circiter
quinq́, diem ſuum in puerperio clauſit,
ante tamen puerulum enixa, cum quo
tumulata eſt. Lapidis inſcriptio hęc eſt:
Anno 1557. die quinta Auguſti obijt
Magdalena à Vviſche, filia Ioannis
Rantzovij equitis.

Iux-

Iuxta columnam, cui contiguum eſt altare, ſepultus eſt Caius Rantzovius, primi Heinrici filius, patruus poſterioris. Diſceſsit anno 1560. cum vixiſſet annos 72. Fuit à conſilijs Chriſtiano II regi Danię, duciq́; Holſatiæ Adolpho, et præfectus Trittoviẽſis, Dominusq́; caſtellorum Hannorou, Clekamp & Cherubi. Vxorẽ habuit Idam ex familia Blomen, quæ viro defuncto annum non ſupervixit. Ex hac multas ſuſcepit filias filiosq́;, quorum nonnulli, eo vivente, impuberes mortui, duo in bellis periêre: hic in Caroli V. Imperatoris Germanico, ille in eiuſdem expeditione Metenſi, reliqui pro generis dignitate cõtractis matrimonijs hodie ſuperſunt.

Anno 1564 die Ianuarij 23, obijt Catharina filia prioris Heinrici, amita poſterioris, quondã Abbatiſſa eius monaſterij, cum id 20 annos prudenter admodum fideliterq́; rexiſſet, iamq́; octogenaria maior ætatem ageret. Sepulta

eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

eſt in periſtylio eiuſdem cœnobij auſtrali in angulo, quo loco ei frater Ioannes Rantzovius eques monumentum, lapide parieti iniuncto, ſtatuit. Año 1565. 13 die Decembris, obijt ſtrenuus heros Ioannes Rantzovius eques auratus, cui viro ætate illa in re militari hæc regio aquilonaris vix parẽ habuit. Fuit ſummus bellorum dux, & intimis à conſilijs, tribus ordine Danorum Regibus, Friderico I. Chriſtiano III. & Friderico II. ducibusq; Holſatię Ioanni & Adolpho fratribus.

Octies iuſta acie ſemper victor cum hoſtibus conflixit. Danicos ſubinde exortos, & inteſtimos & externos tumultus, virtute ſingulari & felicitate admiranda repreſsit. Dithmarſos, ob hoſtes ſæpe proſperè profligatos, totq; annorum libertate ferocientes, iugum accipere coẽgit. Cuius memoriæ ſempiternæ, quam rebus ipſe à ſe geſtis promeritus eſt, grati erga parentẽ filij, Hein-

ricus

icus et Paulus Rantzovij, pro ſe quoq; conſulere volentes, haud tenui impenſa elegantiſsimum ipſi monumentum, tribus amplius ulnis prominentius, ad idē latus templi prope clatros chori poſuêre, ex lapide affaberrimè inciſo atq; ita lævigato, ut procul ſpectantibus candidi marmoris ſpeciem reddat, cui impoſitæ ex marmore utriusq; parentis imagines, miro artificio vivos exprimunt. Addita præterea diverſa & illuſtria vitæ eius elogia, Cryptaq; ſubtus ædificata, quã perpetuum familiæ ſuæ monumentum eſſe voluerunt.

Hæc ita in æneis tabulis, poſt has alię vacuæ, in quas poſteriorum dignitates & vitæ ſculpantur, relictæ ſunt.

Adhæret valetudinario amplum vaporarium, Diœta hyemalis penicillo picta, cui culina eſt proxima, è qua tubuli, maceratorum piſcium ſalſuginem colluviemq; naribus noxiam excipientes, deducuntur in ſtructiles ſub area cloa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

cas, quæ aquam pluviam exonerant in foſſam. Inde gynęconitis thalamus, amphithalamus, apodyterium & balnearia, ad atrij dextram porriguntur, quæ omnia quod ſimiliter ſunt pavimentata, & abiegnis ſecamentis veſtita, ſigillatim volui attingere. Prærogativam tamen thalami, peripetaſmata verſicoloria, & ex Phocylide Oſij verſus in eo ſcriptos, non omiſerim:

Coniugij decus eſt ſancti haud præſtantius ullum
Quàm ſi caſta viro coniunx eſt mite levamen
Curarum, alternas & alit concordia flammas,
Alter & alterius ſolamen & unica ſpes eſt,
Donec utrunq; ſenem, non cura aut lite, ſed annis
Effectum, placido componant fata ſepulcro.

Noſtra narratio quaſi prætervolavit ea, quæ circa atrium ſunt: nunc Cochlide ad primam contignationem aſcendimus in Orcheſtram, quæ præterquam quod Aſarotis pavimentata, & eius ſpecularia varia, orbiculata, exagona, quadrata, triquetra et alius figuræ, atq; duo-

decim

ecim menſiũ labores muta & loquenti
poëſi decantantur, etiã ſtudio antiqui-
atem æmulandi, gratiam promeretur.
Etenim partem Orcheſtrę ſibi vendicat
λογεῖον, quod pulpîtum eſt cancellatum,
uodenos altũ pedes, ubi ſcenici, & qui
idibus, tibia, pneumaticiſq; organis
ciunt, conſiſtant. Infra logeum pocil-
atorum eſt ſtatio, & abacus ductilis.

E laquearibus ſuſpenditur candela-
rum ex ære, mulrorum brachiorum,
dmirandæ magnitudinis, artis & con-
tructionis, quod duo robuſtiſsimi
aiuli non facilè manibus loco move-
int. Focus alarijs, ante quos Leones ex
upro ficti, canemq; Moloſſum ęquan-
es, & elegantiſsimè quaſi exurgentes,
eſplendet. Parietes varijs tabulis, præ-
ipuè vitam aulicam, & divæ pecuniæ
igas, ſub oculos ponentibus, exornan-
ur. Aula autem ſic eſt depicta ex Lu-
iani περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων adumbratione,
nterſperſis verſibus: Palatium in faſti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

gio montis abrupto ſitum eſt, veſtibu
inaurato, lubrico & præcipiti aditu.
interiore parte domus OPVLEN
TIA ſedet, tota, uti apparet, aurea, c
ſiderabilis, & ſui amore inflammans i
tuentes. Porrò amatorem aulæ ſtup
ſcentem, & aurum oculis devorantem
SPES verſicolor introducit. Recen
aulicũ excipiũt duę mulieres, FRAV
ET SERVITVS: hę labori per m
nus tradunt: Ille confectum & morb
dum ſenectæ committit. Poſt contum
lia adigit ad deſperationẽ. Ex hinc ſp
avolans evaneſcit.

Tum verò miſer extruditur non pe
aureas, quas ingreſſus erat, fores, ſed p
poſticum quoddam tenebroſum & oc
cultum, pallens, tremulus, ventriculo
ſus, annis panniſq; obſitus. Deniq; eie
cto occurrit Pœnitudo. Poſtremo to
modis confectum, & iam trepidum, in
curvum, in ipſo contumeliæ dolore ſa
gitta interemtum, Mors optatiſsima,

ſola

ſola fœderis tenax, præcipitat in egeſtam ſcrobem.

HEINRICI RANTZOVII EMBLEMA DE AVLA.

MOenia, quæ ſummo ſpectant de vertice montis
Sydera, dic, quodnam nomẽ & omen habent?
Aulam Roma vocat, ſedes regumq; ducumq; eſt,
Luxu, divitijs, ambitione potens.
Lubrica mortalis vitæ & ſinuoſa palæſtra,
Excipiens pravos non minus atq; bonos.
Cur iuvenis, Lauri reſidens viridantis in umbra,
Triſtia defixus lumina ſpectat humum?
Ille operum patiens mœſto ſub corde volutat,
Quam malit vitam, quod ſtudiumq; ſequi.
Ne trahat ignavam laſciva per ocia vitam,
Molliaq; ætatis tempora ducat iners.
SPES Dea cur nivea iuveni ſtat proxima palla,
Commonſtrans digitis regia tecta ſuis?
Allicit incautas iuvenum reſpublica mentes,
Et ſplendor, nimias qui comitatur opes.
Sed cur aſtat honor Tyrio velatus amictu,
Cui levis ambroſio ſpirat odore coma?
Nominis & famæ cuncti fulgore trahuntur,
Ambitio multis exitiale malum eſt.
Cur FORTVNA aſtat læto blandiſsima vultu?
Adiuvat audaces ſorsq; Deusq; viros.
Ergò quisquis amas vitam traducere in aula,
Continget votis aula petita tuis.

Fata hominum cedunt interdum proſpera cœp
Irrita nec ſemper fert pia vota Notus.
Quid de nocte ſtruunt BACCHVSq; CERES
Ocia lethifero cōdita melle fovent. (VENVS
Hæc capiunt fluxa iuvenum dulcedine mentes,
Vt ſe regna Deos inter habere putent.
Interea luxu tranſactæ corpora noctes
Attenuant, animis & vigor omnis abit.
Cur abiecta iacet PALLAS? cur aliger ille
Hanc levat, & pictas non ſinit ante fores?
Nil animum formâſſe iuvat pietate, boniſq;
Artibus, & mores addidiciſſe graves:
Si non eloquio polles, verſatile ſi non
Affers ingenium, multipliceſq; dolos.
At iuvenem excipiens, aurata compede vinctu
Dic cur regales ſtat LABOR ante fores?
Sit licet immenſo circumdatus aulicus auro,
Suſtinet immenſi grande laboris onus.
Succeſſuſq; dolens hominum, cur iuncta labori
Squallida vipereo felle ſtat INVIDIA?
Nemo fuit, nec erit tam præſtans fortibus auſis,
Vt valeat morſus effugere INVIDIAE.
Vt comes eſt, radios per ſolis euntibus, umbra,
Virtutem livor ſic comitatur iners.
Aulai in medio cur torva CALVMNIA picta eſt
Et quam præterea, cætera turba, vides?
Quò non ſacrilegæ penetrant mendacia linguæ,
Iactaq; ſub blandis ſcommata ſalſa iocis?
Nam quicunq; ſua virtute emergere neſcit,
Obtrectare aliis, creſcat ut ipſe, ſolet.
Dic cur PERFIDIA aſsiſtit? quia tempore noſtro
Sub blando eſt fidei nomine rara fides.

Peſsimus is certè eſt inimicus, quisquis amicus
 Creditus, occulta ſubdolus arte nocet.
Quid fallax media vult ASSENTATIO in aula,
 Mollia caudatæ tegmina vulpis habens?
Quiſquis adulari, palpumq; obtrudere neſcit
 Blandius, hunc aulam non adiſſe velim.
Nam paraſitus edax regum dominatur iu aula,
 Principibusq; placet dulcior ore colax.
Semper adulator veſcens popularibus auris
 Blandiloquus Domino, quæ placuêre, probat.
Cur iuvenē rurſus NEMESIS deturbat ab aula,
 En quam non magnis eijciens foribus?
Admonet hæc Nemeſis, ne quis nimis alta requirat:
 Eſt aliquid, parvam poſſe habitare caſam.
Multos aula viros ad ſummum evexit honorem,
 Aulaq; permultis attulit exitium.
Ferre moram, moderari iram, contemnere riſum,
 Dura pati, cunctos aulica vita docet.
Cur morbus pallens regali limine pulſum
 Excipit, & tremulo tarda ſenecta pede?
Debebant multi, poſito bene fine malorum,
 Vivere, non ullo ſollicitante metu,
Quos ubi iam ſubeunt morbi, triſtisq; ſenectus,
 Deijcit extremo tramite cauſa levis:
Deſpectiq; iacent, & dulcia limina ſæpe
 Eiecti mutant, exilioq; domos.
Nil fulſiſſe iuvat meritis inſignibus olim,
 Nil rerum molem ſuſtinuiſſe gravem.
At cur aſsiſtit tumulum prope noxia torquens
 Spicula, funeſta MORS violenta manu?
Fallit ſpes & honor, fallit fortuna laborq;,
 At Lacheſis certam ſervat ubiq; fidem.

Rebus ab immodicis animum ſubducito ſemp
Ante oculos vitæ ſit tibi meta tuæ.

Sequitur imago Pecuniæ, quæ talis eſt. Iunctis eius currui duobus viris tre-mentibus & pallentibus, velut bijugis quorum iugum circumcirca mucroni-bus aculeatis eſt adornatum, ſemita eſt ſpinis ſparſa, ipſa pecunia, reginæ habi-tu, ſupplicem latronē cor pugione trai-cientem chlamyde tegit, Pandemia mu-liere globum terræ ferente, & feſtivè in-ſequente.

H. R.

Regina, quod nomen tibi? Pecunia.
Qui te vehunt Diva? pavor & periculum.
Cur panditur Chlamys tibi, quisve tegitur?
Tremens crumeniſeca, latro atq; morio.
Quid illa, quæ Sphæram ſuo fert vertice,
Notat, cor humeris bulliens tuis locans?
Pandemia eſt, quæ, quia ſceleſtos protego,
Me ſequitur, atq; cum orbe toto ad me ruit,
Si me potitur, amplius quærit nihil.
O miſera, compararis & periculo,
Periculo & retineris, & tecum advehis
Innumera vicia: Tun beata crederis?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Poſt hanc de Phaëtontis caſu tabula ſequitur. H. R:

A Spicis, ut Phaeton rapido Iovis occidat igne,
Nil mirum, punit corda ſuperba Deus.
Hic veros habuit Clymenē Meropemq; parentes,
Iactavit Phœbo ſe tamen eſſe ſatum.
Quin etiam conſcendit equos Soliſq; quadrigas,
Atq; ſuis impar viribus urſit opus.
Sed mortalis ubi temere cœleſtia captat,
Neutrum habet, at faſtus præmia fulmen habet.
Te modulo metire tuo, qui talia ſpectas,
Ne gravet infirmum ſarcina magna caput.
Qui fueris, hic eſſe velis, ſublimia vites:
Vltra qui peram non ſapit, ille ſapit.

In duodecim menſiū labores, in ſpecularibus figuris expreſſos, Heinricus Rantzovius.

IANVARIVS.

Iane biceps, anni finis, redeuntis origo,
Lætus ad ignivomum decoque parta focum.

FEBRVARIVS.

Qui Februo tibi nec pelles, nec ligna reſervas,
Falleris, hàc currum, quà ratis ibat, ages.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

MARTIVS.

Vomere ſcindit agros, noctesq́; diebus adæquat
Martius, & Veris nuncia hirundo redit.

APRILIS.

Cana viret tellus, ſe frondibus induit arbor,
Aprili gemmans eliciente decus.

MAIVS.

Salve ter felix, ô Maie Smaragdine ſalve,
Temperie certent tempora nulla tibi.

IVNIVS.

Iunius æſtivo, detonſa tempora lana,
Defendas pecori ſolſtitium iubeo.

IVLIVS.

Sub brumam ne fortè pecus moriatur, Iuli,
Proſpicis, & curva gramina falce ſecas.

AVGVSTVS.

Iam matureſcunt Auguſti munere fruges,
Cumq́; amplo ſortem fœnore reddit ager.

SEPTEMBER.

Auguſti Ceres eſt, Septembris munus Iacchus,
Vnde homines vivunt, nos duo perficimus.

OCTO-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

OCTOBER.

Octobermuſtum calcatis exprimit uvis,
Et ſerit hæc, anno quæ redeunte metat.

NOVEMBER.

Autumnus quæcunq; dedit, cõſumo November.
Et pinguem hyberna glande trucido ſuem.

DECEMBER.

Haud avis, haud fera venanti deēſt ulla Decembri,
Quamvis ningat atrox & gelet uſq; vadum.

Ad meridiem pinacotheca, quæ eadem dormitorium regis Daniæ dicitur, cætera cõclavia aſarotis, camino, alarijs ex orichalco cælatis, & leonum hiantiũ ſpecie fictis, periſtromatibus, lectiſq; precioſis longè vincit, tabellis etiam ad certamen uſq; luxuriat. Nam Carolus, Ferdinandus, Maximilianus, Germaniæ Imperatores, Sigiſmundus Sarmatiæ, Franciſcus Galliarum, Philippus Hiſpaniæ, Iacobus Scotiæ, Edvardus Britanniæ, Chriſtianus Daniæ, reges,

Soly-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Solymanus Turcarum Tyrannus, Io-
hannes Septemvir Saxoniæ, atq; alij re-
guli, noſtro tempore fama apprimè no-
ti, ad vivum expreſsi hîc conſpiciuntur.
Ioannis quoq; Rantzovij ſua inaurata
arma induti icon, ex membris eius ſimi-
litudine, tota ita eſt in cupro, à Ioanne
Lundenſi Dithmarſiæ pictore, expreſ-
ſa, ut neſcio quid maieſtatis heroicæ, ac
ſi viveret, ſpirare ac eiaculari videatur.
Sub ea aureis literis hæc ſunt ſcripta:
Icon Ioannis Rantzovij equitis aurati,
qui tribus regibus Septentrionalibus,
cũ cæteris proceribus Danicis ac Cim-
bricis, nempe Friderico I. Chriſtiano
III. & Friderico II. Diadema regium
victrici manu, ſingularíq; prudentia
impoſuit: E contra Chriſtiernum II.
Friderici auſpicijs, tribus regnis, Dani-
co, Suecico & Norvegico, avertit, oram
que Cimbricam à Lubecenſibus, Duce
Alberto Megapolitano et comite Chri-
ſtophoro Oldenburgenſi, in libertatem

vin-

vindicavit: Epiſcopos in Dania nonnullos, ditionibus eorum ad regnum translatis, in ordinē redegit: Dithmarſiam, cum rege ac principibus ſuis Holſaticis, ultimò dux iſtius belli ſubegit. Hodie, qui eſt annus à nativitate Ieſu ex Maria ſeſquimilleſimus ſecundus & ſexageſimus, eſt ſeptuagenarius, cum tamen cani importuni nō ſint, ac ſupereſt illi animi vigor, corporis robur, celeres ingenij motus, habet & adhuc pertinacem & amplam rerum præteritarum memoriam, & ex his futurarum ſummam providentiam.

SVB PYRA DIDONIS, SE FERRO SVB AENEAE NAVIgationem traijcientis, & morientium affectu plane ſervato expirantis, H. R.

AMor, venenum dulce, quem non illicis?
Primo ſuavior quidem melle Attico,
Sub fine vincis fellis amaritudinem,
Quam non voluptatem videbat Eliſſa, cum

Ma-

Maneret AEneas? ubi is littore ratem
Solvit, quid illa miſerius? quin pectoris
Crates ſui diſrumpit enſe Troico:
En muſta qui bibit, ebibat fœcem quocꝫ.

SVB LVCRETIAE STV-PRO, S. TARQVINIUS Lucretiæ, H. R.

SI clamas, ferro moriẽte Lucretia: vincam
Sic pugnans: ſin das, quæ volo, dona feres.
Abnuis? interimam, cum quo dormiſſe feraris,
Servum, & adulterij teſtis adulter ero.

LVCRETIA TAR-QVINIO.

SExte, quid ô facis? ô frœnis inhibeto furorem,
Ante fores Nemeſis ſanguinolenta cubat.
Vivit adhuc idem, qui punijt Ilion ingens,
Ad tua connivet nec malefacta Deus.
Scilicet unius noctis peritura voluptas,
Expellet regno teꝗ genusꝗ tuum.

REX: Qualis autem ſit picturæ forma ex verſibus Sole clarius apparet.

STat REX in medio nudus, quem cingit utrinꝗ
Civis, Sacrificus, nobilis, agricola.

Hoc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Hoc monet,ut regi ſint publica commoda curæ,
Et colat inprimis numina ſancta Dei.
Namq; ubi rex nimium luxuq; addictus & armis,
Nec populi memor eſt,nec pietatis amans:
Evertit miſeros talis petulantia cives,
Everſis princeps civibus ipſe perit.

SENECA.

ERrat,ſi quis exiſtimat ibi tutum eſſe regem, ubi nihil tutum eſt à rege.Remiſsius enim imperanti melius paretur.

IDEM.

REgibus boni,quàm mali,ſuſpectiores ſunt,ſemperq; his aliena virtus formiduloſa eſt.

DION.

NEmo credit eos,qui vim inferre poſſunt, ſi Iudicum munere fungantur,ex Iuſticia agere: Verũ hæc omniũ eſt opinio , ſpeciẽ eos,ac quaſi adumbratũ quoddam exemplar Reipub: propter verecundiam, veritatem actionum ſuarum prætendere,ac ſub Iudicij nomine cupiditatẽ ſuam explere,

SENECA:

VBi non eſt pudor,nec cura iuris,ſanctitas,pietas, fides,inſtabile regnum eſt.

Prope dormitorium regium eſt con-

clave cubiculariorū, in quo raptus Pro-
ſerpinæ, & Ceres mater eam quæritans
eleganter exprimitur. Huic contiguum
eſt ſacellum ſanctum & auguſtum, in
cuius ara marmorea miri candoris, in-
terlucente auro bracteato, ſculpta eſt
Euangelica parabola de filio prodigo,
Lucæ 15. Quid ego tibi laudem pavi-
mentum emblemate vermiculato ſtra-
tum, quid æreum baptiſterium, cande-
labra, auream Redemptoris noſtri cru-
cem, divitem ad ſacra facienda ornatum,
pulpitum, converſionē D. Pauli, quid
deniq; baptiſmum Iohannis iucundum
ſpectatu, & unde te vel repentina inceſ-
ſerit religio? Videas λόγον θεάνθρωπον· immer-
gi aquis, cœlo aperto, & comitibus an-
gelorum aliquot myriadibus, Spiritum
ſanctum corporali ſpecie, tanquam co-
lumbam deſcendere: æternum Patrem
dicere, in hoc filio ipſe mihi placui: Cer-
nas hos induere veſtimēta, ſtillare illos,
alios cōtremiſcere frigida perfuſos, alios
mag-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

magno niſu diſcingere ſeſe, et ut abluantur lavacro regenerationis, ipſo vultu præ ſe ferre. Eò loci, ubi herus meus ſacris intereſſe conſuevit, patris Iohannis Rantzovij epitaphiũ è Dania miſſum in æs luculenter inciſum viſitur:

CVm placido vitæ mutâſſet tempora fato
Ioannes heu Rantzovius:
Luxerunt nati, coniunx, Holſatica tellus,
Vno ore plangenteis patrem.
Mars tumulo impoſuit Laurum, Zonamq́ꝫ trophæumq́ꝫ,
Et hoſtibus demptas opes
Pax etiam, aut concors huic, aut contraria Marti,
Amantem laudavit ſui.
Fama hinc diſpergens late ore manuq́ꝫ ſecuta eſt
Virtutum teſtimonia.
Qualiter hunc igitur vixiſſe putabimus annis
Luſtrorum bis ſeptem & tribus?
Tot namq́ꝫ hic vixit, quem Mars, pax, fama perennis,
Requirant, laudent, efferant.
Et pia cum natis coniunx viduata marito,
Et patria, lugeant patrem.

AD FORES HENDECASYLLABA HEINRICI Rantzovij conſpiciuntur.

HVnc quicunq́ꝫ ſubis locum, reſiſte
Paulùm, ſi placet, atq́ꝫ paucula audi.

Votivum Domini vides ſacellum,
In quo res peragit ſacras, & ore
Noſtræ percipitur ſalutis autor,
Fundunturꝯ preces, piæꝯ voces
Et dicuntur & audiuntur. Ergò
Arcem ſi venis huc videre ſaltem,
Illius ſtudium bonamꝯ mentem,
Qui poni voluit ſibi, probato,
Aut ſi res ita fert tua, æmulare,
Et ſemper pietatis eſto cultor:
Sin huc ingrederis, ſacris ut ipſe
Interſis ſimul, ad fores, prophanas
Omnes exue cogitationes,
Et mentem indue ſancta cogitantem,
Præſentemꝯ puta Deum videre,
Ad quem verba facis, precesꝯ fundis:
Illi corde pio, piaꝯ lingua,
Pro donis age gratias benignis,
Collauda, venerare, concine, atꝯ
Dictis ſuppliciter precare votis.
Huic ſoli eſt operi locus dicatus,
Illud te monitum prius volebam.

Conſpicitur in pariete etiam hęc ſententia Senecæ:

SI ſcirem Deos peccata ignoſcituros, & homines ignoraturos, adhuc propter turpitudinem peccare erubeſcerem.

IDEM

IDEM SENECA.

Ta vivendum cum hominibus, tanquam Deus
ideat: Sic loquendum cum Deo, tanquam ho-
nes audiant.

Quà domus ad Caurum vergit, Gy-
eciũ eſt nobilium, & hoc convenien-
ſimis, ut cætera pleraq;, tabellis exor-
tur. Etenim ſupremum proverbiorũ
alomonis caput, Ideam & quaſi nor-
am vitæ mulieribus proponens, di-
ibutum eſt in ſex quaſi partes, quarũ
uævis in totidem vitreis laminis, ſtan-
o, ne pelluceant, incruſtatis, tam exqui-
o picturæ & colorum genere, nec nõ
ri argentiq; ſubtenuibus bracteis, eſt
preſſa à Iohanne Londenſi Dithmar-
æ pictore, ut rethorculum efficaciorẽ
ationis fulmine, mentem fœmineam
a ſede & ſtatu dimovere & informare
ix poſſe, in animum inducam. Pro ſuo
uiuſq; tabulę argumẽto Dimetra Iam-
ica annexa cernere eſt.

FElix, proba qui coniugē
Dei potitus munere, hæc
Vincit Smaragdos Indiæ,
Laborat & net impigrē.

Hæc inſtitoris fortibus
Eſt conferenda navibus.
Veſtem paravit, vendidit,
Victum manuq́; quæſijt.

De nocte ſurgens dat ſuis
Penſum cibumq́; ancillulis,
Lucerna non extinguitur,
Huic vir brevi ditabitur.

Domus negocia inſpicit,
Agros emitq́; & conſerit,
Non ocioſa devorat
Panem, novum ſed præparat.

Paſcitq́; egenos largiter,
Non cogitans inaniter
Perire: Quæ Deum colit,
Dans pauperi cœlum accipit.

Dos eſt quibuſdam plurima,
Et forma vultus ſplendida,
Sed, quæ laboris & Dei
Amans, corona hæc eſt viri.

Ad orientem æſtivum eſt cœnaculū, quod venatorium dicunt. Nam ſuſpenduntur in eo venantium tabulæ duæ,

plu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

lurima cervorum platycerotumq́ꝫ cor-
ua , quorum pleraqꝫ inaurata , unum
iam clavo fixum in tabula, reliqui cor-
oris lineamentis in ea ſic graviter affi-
is, ut ridendo terriculamento ſpeciem
rvi, iam iam impetum in intrantem fa-
uri, prębeat. Eſt quoqꝫ cernere Vene-
m cum Cupidine apprimè venuſtam,
ſuſpenſa è lacunari candelabra, ex ra-
is cervinorum cornuū orichalco cir-
mdatis, et in modum coronæ iunctis.
avimentum (ut ab omni parte nomen
gnoſcas) canum venatorumq́ꝫ, cornu
flantiū , imagines figlina arte inuſtas
præſentat. Quæ in tabula venatoria
iore reperi, huc aſcripſi.

Audibus eximijs ars eſt decoranda Dianæ,
Si non exſuperet cum feritate modum.
eddit enim timidos proceres ad prælia fortes,
Anxia lætificans corda dolore gravi.
ollitiem pellit, ſæviq́ꝫ cupidinis arcus,
Languida iucundo membra labore levat.
ernit apros, cervosq́ꝫ premit, qui damna colonis
Triſtia dant rudibus, dum male farra terunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Suppeditatq; dapes, nigræq; alimenta culinæ,
Pellibus hirſutis corpora nuda tegit:
Ergo venandi ne tu contemne laborem:
Hic tibi quandoquidem commoda dicta fe

H oc ſtudiū patribus	Cultū quoq;, teſte probat
E bræi vatis	Relligione ſacr
N omine Eſau venādi	Inſignis laude qd: an no
R obuſtus Nimrod	Sic quoq; clarus era
I nfeſtus ſi non ſis	Triſti clade coloni
C ur refugis ſtudiū:	Iure fruare tu
V enari quiſquis	Non gaudes Zoile, lux
S is mollis licitū eſt,	Aut piger uſq; ſit

SVB ALTERA TABVLA.

SI Spartam, Chriſti quæ munere contigit, orne
Et facias pura conficienda fide.
Nunc leporem catulo, quid obeſt, excire ſagaci:
Nunc in frondoſo tendere rete iugo:
Ardua nunc in apro venabula condere diro:
Nunc vario cervos exagitare metu:
Ipſe Deus generi dedit hæc animalia noſtro,
Quis tibi conceſſum ius prohibere poteſt:
Quid quod ad arcendos faciat Venatio morbos
Qui bene venatur, ſanior eſſe poteſt.
Quid quod ſollicitis arentia corpora curis
Lætificet, vires ſuſcitet atq; pigras:
Quid quod militiæ ſpecies ſit magna tremendæ:
Horret ſi quis apros, horret & ille viros.

Quid

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Quid quod Oreſt ex radiantia tela Dianæ
Excutiant arcus, ſæve Cupido, tuos?
Præterea nigræ quod fert alimenta culinæ,
Nudaq; detracta corpora pelle tegit?
Hactenus Exiguis Immenſa Negocia Rythmis
Explico, Ieiunis Cantoq; Vaſta Sonis.
Reſtringas Autē Nimium Temnaſve, Sequenda
Occino, Venator Ius Violare Solet.

APOLLO ARBITER, CORAM QVO DE PRAESTANTIA DISceptant, Venus, Iuno & Diana Venationis Dea, cuius cervo, ſecundum eam cauſa iudicata, corona præmium decernitur, H. R.

MArgaridum niveā nectens Eris atra coronam,
Quæ minus, ô Divæ, noxia tollat, ait.
Tum Iuno: Paridis dirimantur iurgia voce,
Num Venus hoc etiam iudice ſerta feret?
Phœbus ad hæc: Animos Iuno, ſed corpora Cypris
Corrumpit, virgo hæc ambo Diana fovet.

QVERIMONIA LEPORIS RYTHMICA.

FLevit Lepus parvulus,
Clamans altis vocibus,
Quid feci hominibus,
Quòd me quærunt canibus?

Apertis oculis dormio,
Parum iuvat id quod video,
Quid feci hominibus,
Quod me exagitant canibus?

Longas aures habeo,
Nec prodeſt, quod audio,
Quid feci hominibus
Quod me vexant canibus?

Breves pedes habeo,
Curſu velox abeo,
Quid prodeſt? ſequuntur homines,
Et canes incitant celeres.

Parvus ſum & placidus,
Et nemini noxius,
Quid feci hominibus,
Quod indagant canibus?

An in hortos quod irruo,
Olusq́ quod comedo,
Nonnunquam & tenuem
Quod proculco ſegetem?

Hanc, hanc iuſtam ſcilicet
Cauſam putat quilibet,
Vt canibus agitet,
In caſsibus lancinet.

At quid non atrocius?
Quid non & damnoſius,
Lupus facit rabidus,
Et ſus valens dentibus?

Hos

Hos rarus proſequitur,
De me præda petitur,
In me canes aluntur,
Et retia nectuntur.

Adde, dum me canibus
Sectantur velocibus,
Sæpe ſic proterunt ſegetes,
Quod centum nequeunt lepores.

Ego petor indies,
Mihi nunquam eſt quies,
Quid ô quid feci hominibus,
Quod ſic me lacerant canibus?

Pellis eſt ignobilis,
Ad nullam rem utilis,
Quid feci hominibus,
Quod me agunt canibus?

At caro mea dulcis,
Et quæ ſapiat multis,
Hæc eſt, hæc cauſa hominibus,
Quod me inſectantur canibus.

Poſtquã vident me fugam capere,
Hiſce, hiſce, ab omni latere
Inclamant: quæ illis eſt maxima
Voluptas, mihi Mors eſt pallida.

Canes ubi tenent me,
Dentibus laniant me,
Lætor, ſi effugio,
Si non, malum auſero.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Captus in aulam deferor,
Cum gaudio excipior,
Veru infixus torreor,
Inde in menſam collocor.

Lætis animis me comedunt,
Vinoq; dulci ſe proluunt,
Quid eſt, quod feci hominibus,
Quod me perſequuntur canibus?

Nunc accedo ad ſecundam contignationem, quæ etſi paululum cedit inferiori, tamen tam munda eſt, ut hoſpites elegantes accipere poſsit. Etenim pavimentata eſt, & albario opere polita undiq;. Intergerinis autem interſepitur, et diſcernitur in cubicula quatuor, ambulationem, et (ſi licebit ab uſu nomen notam rei ponere) ſphæriſterium oblongum: in quo pilari luſiuncula, palæſtricaq; hironomia liberi heriles reficiuntur, & grata viciſsitudine nunc literis, nunc progymnaſmatibus bellicis imbuuntur, ne remiſsiones negatæ odium ſtudiorum faciant ingenuis. Ibi labores Herculis cum Mythologijs à patre, tan-

quam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

quam irritamenta virtutis, liberis pro-
poſiti cernuntur, quos ob raræ et recon-
ditæ ſapientiæ & eruditionis ſignifica-
tionem præterire non debeo: Sunt au-
tem inter ſeptem columnas lapideas di-
ſtributi, ſuper has ex lapide albo virtu-
tes fœminarum habitu conſpiciuntur,
Iuſtitia, Temperantia, Fortitudo, Pa-
tientia, Charitas, Fides & Spes.

HERCVLIS ACTA PRAE-
CIPVA CVM MYTHOLOGIIS.

I. HERCVLIS FACTVM.

INfans in cunis geminos à Iunone immiſſos ſer-
pentes, manibus præhenſos, extinxit: Cum unà
cubans Iphiclus frater territus parentes fletu exci-
taſſet.

MYTHOLOGIA.

SErpens antiquus ijs maximè, de quibus ex beni-
gna propaginis aut ſyderum inclinatione, virtu-
tis opinionem concipit, ab ipſo ortu tendit inſi-
dias. Hos econtrà tum ſancti angeli ſuſcipiunt, tute-
lari præſidio defendendos, tum ipſa virtutum ſe-
mina,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

mina, & igniculi naturæ inſiti, ſeſe nec volunt nec poſſunt deſerere.

SECVNDVM.

ADoleſcens hydram colubris & capitibus pullulantem, in Lerna palude, telis et clava oppugnavit, tandemq́ facibus & igne conſumſit, cum cancrum, hydræ ſuppetias ferentem, preſſu pedum interemiſſet.

MYTHOLOGIA.

ADoleſcentia violenter à pravorum ſubinde renaſcentium appetituum impetu infeſtatur, quibus mundi deliciæ cauſam & materiam ſubminiſtrant. Contra hæc in tali ætate lubricis initiò veſtigijs, tanquam in paludinoſo ſolo, conſiſtit ratio, donec virtutis & pietatis ſtudio exercitioq́ confirmata, hydram appetituum, cum mundi cancro, peſſundet & conſumat.

TERTIVM.

LEonem inuſitatę magnitudinis in Nemæa ſylua inter Cleonas & Phliuntem, cum omnem eam regionem infeſtaret, iugulavit: Cuius ipſi pellis poſtea fuit pro indumento.

MYTHOLOGIA.

LEonem iugulavit fortiſsimum, quiſquis repugnantes rectæ rationi appetitus, nõ modo ſanis deli-

deli-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

deliberationibus & conſilijs refrenavit, ſed ijs omnem omnino ferociendi detraxit facultatem, atq; mentis & rationis iudicio effecit obedientes. Quid hoc indumento pectori generoſo pulchrius eſſe poteſt?

QVARTVM.

DIomedem Thraciæ regem, hominem dirum & ſanguinarium, qui inhumaniſsima crudelitate equos ſuos advenarum paſcebat carnibus, occidit, eumq; viciſsim iumentis ſuis obiecit devorandum.

MYTHOLOGIA.

GEneroſus animus non poteſt non odiſſe & execrari Tyrannos, ut infeſtiſsimos libertatis & ſocietatis humanæ hoſtes: qui tamen, vindicante in eos iuſto æterni Dei iudicio, ea plerunq; incurrunt mala, quibus alios ipſi afflixerunt.

QVINTVM.

IN hyſpidis Erimanthi montis iugis, aprum terribilem & Arcadiam vaſtantem cepit, & vivũ humeris impoſitum detulit ad Euriſtheum.

MYTHOLOGIA.

MAgiſtratus in monte poſitus eſt, edito videlicet & illuſtri loco, et in manu tyrañi atq; improbi rempub: apri inſtar, vaſtat & cõvellit. Sed quisquis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

quis eum legitime adeptus eſt, & recte gerere vult, vivum conſervare debet, neq; committere, ut ipſius culpa & ignavia ſalutare eius in repub: exercitium intermoriatur.

SEXTVM.

ACheloo pro Deianira Oenei Calydonum regis filia, cum ipſo certanti, ſeq; initio in ſerpentem, mox in taurum vertenti, alterũ avulſit cornu: ſicq; ille victus, in ſui nominis fluvio ſeſe occultavit.

MYTHOLOGIA.

Qui mente prava & malis artibus ad Reipub: gubernacula aſpirant, in omnes ſe formas callide vertunt, quo magis voti fiant compotes. Tales conſilio monendi, aut authoritate coercendi ſunt, ut ſua ſorte contenti, in ſui nominis fluvijs occultentur, & in ea, quam nacti ſunt, privatæ vitæ ſtatione conquieſcant.

SEPTIMVM.

IN Lybia apud Lixum oppidum Antæum gigantem, terræ filium, à matre duplicatũ robur, quoties terræ proiectus eſſet, aſſumentem, tandem lucta pectori aſtrictum ſuffocavit.

MYTHOLOGIA.

Qui vulgi favore evecti, legum ſepta perrumpere, & rempub: turbare nituntur, contra hos nõ

ſolum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ſolum legitimo magiſtratus iure, ſed arte quocꝫ agendum eſt, ut ſubtractis, quibus contra patriam abutuntur, præſidijs, improbi eorum conatus, abſcꝫ tumultu & ſeditione, extinguantur.

OCTAVVM.

INterempto Dracone pervigili, aurea mala Heſperidum, quæ Atlantis filię fuerunt, ramis decerpſit, & ad Euryſtheum detulit, ut his frueretur.

MYTHOLOGIA.

AN non Draconis inſtar avari pervigil eſt animus, qui dies atcꝫ noctes ſola opum cupiditate inflammatus, angitur, & æſtuat? An non hoc extincto animi morbo, Heſperidũ aureis malis fruitur, quisquis indulgentis fortunæ beneficijs conſiſtente intra ſuos fines utitur moderatione & liberalitate? An verò Dracones hi ſunt, qui tum ad Reip: labem, tum ad privatorum detrimentũ, monopolia inſtituunt? quibus, utinã Herculea clava reges & principes aurea monopoliorum mala, cũ tanta publica, privatacꝫ calamitate, plerumcꝫ ematureſcentia, è faucibus eriperent.

NONVM.

AThlantem feſſum ſyderibus ferendis, laborum parte levavit, cum humeros aſtrorum ponderi ſubmiſiſſet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

MYTHOLOGIA.

CVm Atlante verò an ſyderũ pondus ſuſtinent ij, qui omni cogitationum, actionumq́; ſuarum vi, ad cœleſtia tantum contendunt? An potius ij, qui regibus, alijsq́; Magiſtratibus conſilia recta, & ferendis Imperij oneribus idonea ſubminiſtrant?

DECIMVM.

GErionem tricipitem ſive triformem fulguris filium in Gadibus ſuperavit, eiuſq́; armenta in Latium tranſtulit.

MYTHOLOGIA.

QVi paraſiticis artibus ſe dedunt, triformes efficiuntur. Nam ſimul adulatoris, falſi amici & decoctoris, perſonã induunt. Hos devincit & armentis ſpoliat, quisquis eos à menſa & convictu ſuo, atq́; ab omni adeo conſuetudine & familiaritate, penitus facit alienos.

VNDECIMVM.

CAcum Vulcani filium in vaſta ſpelunca degentem, & Latium infeſtantem latrocinijs & incendijs, cum mugitu boum interverſi pecoris receptaculum deprehendiſſet, in ſpeluncæ veſtibulo clava interemit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

MYTHOLOGIA.

FVres, ſicarij, latrones, incendiarij, & ſimilia humani generis ſtercora, in cavernis degunt, bonorum fugientes conſpectum & ſocietatem: In horũ ſpeluncas atq; latibula quocunq; modo inquirere magiſtratus debent, ut infamibus ſupplicijs plectant compræhenſos.

DVODECIMVM.

CEntauros Ixionis & Nubis filios, ſemihomines & ſemiequos, Hippodamen Pirithoo nuptiarum die eripere volentes, bello ſuperavit.

MYTHOLOGIA.

FIt nõ rarò, ut qui inter equeſtris ordinis homines indulgẽtius aut negligentius educati ſunt, Centaurorum animos induant, minusq; cęteris hominibus ſe delinquere exiſtiment, ſi rapinis rem augeant familiarem, aut alienas temerent nuptias. Hi continendi ſunt, ut ab illicita animum revocent cupiditate.

DECIMVM TERTIVM.

ALceſten Admeti Theſſaliæ regis uxorem, quæ pro mariti ſalute vitam ſponte depoſuerat, ab inferis ad preces Admeti reduxit, cum Cerberum clava ſuſtuliſſet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

MYTHOLOGIA.

NIhil in coniugio dulcius perpetua amicitia, & ad omnia honeſta conſentiente voluntate, ubi quod alteri grave eſt, alter in ſe præoptat derivari. Proinde tales proclivius ex adverſis eripit ille, à cuius omnia dependent voluntate.

DECIMVM QVARTVM.

HEſionem Laomedontis Troianorum regis filiam, beluæ marinæ expoſitam, & ad ſcopulos religatam, occiſo ceto liberavit.

MYTHOLOGIA.

HEſionem ſpectas? Virgo eſt, nuda eſt, vincta eſt, beluæ obiecta & crudeliſsimæ morti propinqua eſt: Ecquid illa calamitoſius? in eius perſona pupillos, viduas, orphanos, omnesq; adeo oppreſſos, & tuæ opis egentes, mente conſidera. Hos ut tuearis atq; ſubleves, id eò magis tibi incumbit, quo plus & tu potentia, opibus, authoritate, gratia, conſilioq; vales, & illi periculo atq; ærumnis ſunt viciniores.

DECIMVM QVINTVM.

VEſte indutus, quam ipſi Deianira conciliandi amoris ergò, accepta de Iole fama, per errorem miſerat, quum peſtifero Neſsi Centauri ſanguine imbuta eſſet, veneno totum corpus invadente,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

gravíſsimorum cruciatuū dolore atq; impatientia, pene in rabiem actus, ſemet in ſtructam pyram in Oeta monte coniecit, ſicq; expiravit, ætatis ſuæ anno 52.

MYTHOLOGIA.

QVam luctuoſus exitus viri fortíſsimi? Sic fit, ut qui vagis fœminarū congreſsibus per omnem vitam ludunt, aut ab ijs, quibus excellunt, artibus deſerantur, aut eorum fructu nec diu nec vere gaudeant, quæ fortiter & præclare agendo optime adminiſtraverunt.

Quod adverſus & picturas attinet, reliquorum huius tabulati cōclavium, non adeo multæ viſuntur, Graphica tamen oppugnatæ à Turca urbis, in Melite Rhodiorum militū Inſula, mirum quam tremefaciat intuentes. Deinde verſiculi quoq; ſequentes ibidem leguntur.

EVRIPIDES.

Iniuria nos afficere nunc hi adveniunt,
Ne metue, bile ferveant licet atra,
Mortalium nec cæterorum facta improba:

Tacita ſiquidem, tardante quoq; pede,
Fortuna corripiet malos in tempore.

LEO IMPERATOR.

Pium admodum religioſumq; eſt communibus in negocijs privatarũ inimicitiarum recordationẽ deponere, neque propter propriũ commodum, aut privatam offenſionem, cõmunem rem impedire. Sed in Repub: procuranda omnia eiuſmodi abijcienda ſunt, tum quod ad perſonas, tum quod ad res attinet, & ſolum in id, quod Reipub: utile eſt, intuendum, atq; id agendum.

ITEM MVSCAE EPITAPHIVM, SVBSCRIPTVM VRnæ eius Calici in quo ſubmerſa fluitat.

GVſtatrix iacet hic lautorum Muſca ciborum,
Et conviva frequens Cæſaris in tabula.
Nõ volucris roſtro, ſtimulis nec Araneæ aduncis,
Cretica ſed guſtans pocula, pota cadit.
Nil opus eſt luctu: quis enim tam nobile fatum
Lugeat? eſt auro condita, merſa mero.

Ha-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Hactenus arcem & præcipua, quæ in ea ſpectantur, quoad potui delineavi. Tertiam enim contignationẽ, frumentarium tabulatum, atq; item quæ ad has ædes ſunt, magnum granarium, et equile tempori minimè ſecuro inſerviens, indicanda tantùm duxi. Itaq; rectà ex alto in portum inveherem, terriſq; defeſſam prorã adverterem, niſi ædificia & hortos prædij addere animus geſtiret quaſi corollariũ, quod dum lego, paululum mihi des etiam atq; etiam, benevole lector, rogo. Prædij ædificia ad orientem arcis collocantur, & in duas partes, ruſticam & fructuariam, etſi interdũ concurrunt, dividuntur: qnæ omnia, unà cum horto, conſepta ſunt querneis arboribus runcina diſſectis, ſic editis, ne quiſquam alterius humeris ſublevatus eas tranſiliat.

Agger viæ editior, ſilicibus ab arce uſq; ad viam publicam eſt conſtratus. Equile quinquaginta plus minuſve e-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

quorum capax eſt, ne quid ſtabulario
rum cubicula & ephippiorum, phal
rarumq; conclavia commemorem. I
eius prima contignatione frumentum
ſecunda paleæ reponuntur. In foribu
hoc ſcriptum viſitur: Oculus domi
paſcit equum. In bovilis utroq; late
ultra centum vaccæ, præter tauros &
iuvencos, ſtabulantur. In fronte eius e
villici habitatio, & bubulcorum cellæ
ubi vulgare hoc: Veſtigia Domini pin
guefaciunt agrum. In area excutiuntu
è ſpicis grana, & acus evannatur. Hau
procul à bovili ſunt haræ, ovilia, χηνοβο
σκεῖον & columbaria tria: eorũ duo binis
palis, ferreis laminis indutis, ne quis fe
alijsve beſtijs aditus pateat, ſuſpendun
tur, & plurima loculamenta recipiunt.

Fructuariam partem occupant fœ
nilia, & quatuor horrea penſilia, qu
mõtes Holſati à ſimilitudine appellant
Ordinantur autem ſic: Sex trabes in he
xagonon diſpoſitæ, & perpendiculari

ter

ter ſurrectæ, in terrã adiguntur, quibus
faſtigiatum culmen imponitur, cuius ti-
gnis ferreæ fibulæ clavis affigũtur, quę
amplexæ trabes faciunt, ut culmen at-
tolli aut demitti, ut horreum vacuum
aut repletum fuerit, poſsit, vecte in bi-
garum temone poſito. Porrigitur autẽ
temo per axem ad tres pedes, in qua par-
te vectis ille ſurrectus collocatur: Lon-
giorem vero, quia iungi ſolent equi, in-
cumbentium pondus ad terram depri-
mit, ſurgẽte ab altera parte vecti, & cul-
men attollente, uti fit in librarum lance
propendente. Bigæ etiam rurſum pror-
ſum actæ magno ſunt uſui, ut altius vel
ſubſidat vel emergat culmen.

Terebratæ autem ſunt per intervalla
trabes, ut traiecto per fibulam & trabes
ferro, culmen pendeat immotum. Lon-
gum eſſet et non neceſſarium dicere cor-
tes & ædificia, quæ pilentis inauratis, ar-
ceris, plauſtris, retibus, plagis & ceteris,
quibus cœlum pluvium eſt inimicum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ſunt facta. Hortum amœniſsimum ingrediamur, qui non ſolū ſuavitate odorum, qui efflantur è floribus, ſed guſtatu fructuum, aſpectu pergularum, vitium, topiarij, herbarum rararum, arborumq́ in quincunces poſitarum, ludentium piſcium, cygnorum, cantuq́ avium, neminem non allicit & tenet. Bene igitur dicere memini, nobiliſsimum genere, eruditione, et virtute virū, Heinricum Rantzoviū, ſibi vel marmoreas domos ſine hortis latomias videri, nec illuſa auro laquearia ægrum ſuum animum tantū recreare, quantum in horto amaraci unicum pulvinum. Proinde in quinq́ præcipuè diſcernitur partes, pomarium, topiarium, pergulas, alveariū & olitorium. Verum malorum, pyrorum, cotoneorumq́, perſicorum, meſpilorum, prunorumq́ genera nil àttinet recenſere. Oleam tamen, caſtaneas, iuglandes, corylos, moros, ficus, thymelæam, iuniperos, ſabinam, buxos tonſiles,

les,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

les, Laurus, Cymbricū frigus ferre addiſcentes, Item, Ilicem aquifoliam non aculeato, ſed lævi folio, & in iuſtæ arboris magnitudinem creſcentem, non reticuerim. Quod ſi eodem modo omnium fruticum & herbarum huius horti contexerem catalogum, tædioſus emergeret numerus.

Rariores tamen, quæ mihi in mentem veniunt, nequeo quin recitem, elementorum ſecutus ordinem. Abrotanum mas & fœmina, quam hic chamæcypariſſum vocant, Aquilina, Angelica coſti vires ſupplens, Aron, Biſtorta, quæ limonium eſt, ut quidam volunt, Bellidis variæ ſpecies, Bugloſſa, Chalta, Calendulam vocant, Caryophylli flores, Carduus Marię, et qui benedictus nuncupatur, Crocus verus, Colutea, à ſolo Theophraſto deſcripta, quam hîc perperam Senam Arabum faciunt, Cucumeres, Cucurbitæ, Chamæmelon, odoratu nobiles, Glycyrrhiza, Helenium,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Hemionitis, Helleborus, Intybum, Iris, Lilia, Lybiſticum, Lichnis coronaria, Leucoia, Menthæ Corymbiferæ, Me-lanthion, Pimpinellę genus acetarijs ex-petitum, Sanguiſorbã hic dicunt, Pœo-nia fœmina, Phyllis, Pulegium, Roſarũ multæ ſpecies, Roſmarinus, Sampſu-chus, Scholymus eſculẽtus, Pſeudonar-di duę ſpecies ſylveſtres, Staphilini tres, Satureia, Thymus, Violæ. Omitto Apium, rutam, hyſopum, lactucas ſeſ-ſiles, malvam, raphanum, napos & ole-rum genera plurima.

Herbarũ, quas recenſuimus, multæ in mille formas deſcriptæ, modò D. Ioan-nis & Heinrici Rantzoviorũ, eorumq; cõiugum nomina dicunt, modò in ani-malium, modò in eorum Labyrintho-rum, qui acu pingi conſuevêre, formas effigiantur, multæ in pulvinos ordina-tim diſponuntur. Vva autem criſpa & Ribes vulgo appellata (quarum hanc lævem, illam aſperum Ceanothon vete-

rum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

rum Geſnerus interpretatur) areolas in ſæpis modum cingunt eleganter: Læ-tiſsimis vitibus pergulæ coloratæ opa-cantur topiato opere utrinq; , & veluti in teſtudinatã porticum iũgantur, ubi non ſecus ac in nemore umbroſo ſedeas, obambules, cœnites, & proiectilibus æreis pilulis ſeu orbiculis in menſa ob-longiori ludas, & colluſoris orbiculos metam præoccupantes vel menſa de-ttudas vel præcas, quin etiam Solſtitiũ atq; ardorem Syrij, imbremq; capiti de-fendas. Pręterea ſuper pergulas ædicula turrita, ſcandulis tecta ſurgit, per fene-ſtras in Diœtam capreoli ſerpunt, pam-piniq; eã inumbrant. Subter hanc Ver-tumnus Amaltheæ cornu ferens, cum verſibus in lapide inciſis conſpicitur.

HEINRICVS RANT-ZOVIVS.

Pomiferum quicunq; venis novus hoſpes in hor- (tum,
Ne, mea miratus quæ ſit imago, roga.

Eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Eſt mihi Vertumno nomē, quia vertor in omnes,
Quas animus formas geſtit habere meus.
Nunc habitu meſſor, nunc ſum robuſtus arator,
Nunc manibus iures gramina ſecta meis.
Nunc frondes poterunt credi, vitis ve putata,
Mollia nunc ramis poma revulſa ſuis.
Quæ lubet, hanc ſumo faciem, res nulla repugnat,
Quælibet in vultus apta figura meos.
Hinc eſt, primitias anni quod grata vetuſtas,
Inq; meas aras lactea dona dabat.
Seu patulis ſurgens ramis produceret arbor,
Seu varijs cingens floribus herba caput.
Nunc adeò, toto quæcunq; leguntur in horto,
In manibus ſpectas munera prima meis.
Poma, nuces, uvas, pyra, pruna, Cydonia, mora,
Quæq; nimis longum cuncta referre foret.
Si lubet ē multis aliquid, quodcunq; lubebit,
Accipe, larga manus nil tibi noſtra negat.
Hoc ſaltem oro unum, pleno ſi ventre recedes,
Dicas, Vertumni munere vado ſatur.

Non procul apiario ſphæriſterium, arboribus & vitibus pulcerrime virentibus opacum ſpectatur. Ad ipſum vero lapis eſt erectus, phalæcijs eiuſmodi in eo ſcriptis.

HEINRICVS RANTZOVIVS.

QVam ſpectas apibus domus dicata eſt,
Ex magna ratione. Nam propinqua

Quondam examen apum reſedit arce,
Huc latos procul advolans per agros,
Cum vix undiq; iam parata ſtaret:
Quod fauſtum ratus omen eſſe, parvam
Hanc illis Dominus domum locavit,
Et ne deijciant, iubet, nepotes,
Neu quisquam moveat loco, precatur.

Examen autem illud, ex quo cæteræ apes iã quadraginta annos, minus duobus, omnino ſunt propagatæ, domi arcis in candelabro æreo , è lacunari catenis demiſſo, reſedit, cunctis novitate rei ſuſpenſis. Omnibus his ἡδυοικὸς (ſic enim appellare libet) elegantia ſua & ſitu nõ eſt inferior. Quippe qui piſcinam ponte iunctam, hortos, ſylvas & arva deſpicit, et ſine aëris nocumento Solem exorientem, meridianum, occidentemq; admittit, aut cum voles excludit. Nec ſatis eſt cœlò hunc liberiore frui, ni & pinacothecæ, quę in arce eſt, dubiam faciat palmam.

Oſtentat enim cum ſtupore omniũ, prę́ſtantiſsimi & incomparabilis herois

Io-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Iohannis Rantzovij & coniugis Annę Icones, ab artificioſo lithoglypho ex alabaſtrite, iuſſu heri mei elaboratas: ex candido verò ſaxo, et ex parte deaurato, ſeptem planetas, Nympham pharetratam & ſtando dormientem, Priapum verecundum, atq; equum inſtratum. Puparum enim & ſigillorum mirifico deſiderio herus tenetur. Iconi Iohannis Rantzovij, & poſtremis tribus, ſequentia epigrammata ſubſcribuntur.

SVB TOGATI IOHANNIS RANTZOVII ICONE ex Alabaſtrite, H. R.

HocEgo Non, Ratio Illius Cum Vera Subitu R.
E ſſe decus magnum ſtatuo, tractata per arm A,
N on etiam pacis ſtudio ſibi quærere nome N.
R ecte agitur, ſumtis cum pax cōponitur armi S.
Id decus eſt verum. Sic tu, pater optime, bell A
C um gereres regū, hoc peragebas omnia fruct V,
V t ſtabiliretur pax & concordia regn I.
S ic & ego contendo, meo pax ut bona ſuaſ V
Regnet Agris Noſtris, Secq; Addat Vt Inclita Virtu S.

NYMPHA VENATRIX
HORTI ET PISCINAE
cuſtos. H. R.

HVius Nympha loci,parvi cuſtodia ſtagni,
Dormio,dum ſtando feſſa reclino caput.
Parce meum,quisquis venis huc,abrumpere ſom-
Seu tibi ſtare lubet,ſive ſedere,tace. (num:
Me meus Heinricus Dominus cognomine Rant-
Excubias horto iuſsit habere ſuo. (zou
Si ſtrepitum facis,& ſomnũ mihi rumpis, in horto
Furem clamabo protinus eſſe meo.

PRIAPVS.

VT reor,indignum nemo ſcelus eſſe putabit,
Quod volui pulcræ virginis eſſe comes.
At mihi ne iunctam thalamo quis credito: non eſt,
Haud adeo ſordet libera vita mihi.
Stulta meum rapit officium,ſeq; ingerit ultrò,
Atq; meo cuſtos vult vigil eſſe loco.
Stultus ego contrà ſervo vigilantior illam,
Et pariter mentem paſco oculosq; meos.
Victa iacet ſomno,tu ſis quicunq;,caveto
Rumpere,ſoli hoc eſt fas licitumq; mihi,
Si non obſequeris,fuſtem falcemq; recurvam
Non fruſtrà ſumtos experiére mihi.

EQVVS SYMBOLON
HEINRICI RANZOVII.

Fidus ego Domino,Domini feror acer in hoſtes,
Dumq; libens alijs ſervio, ſic pereo.

FOR-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

FORTVNA EST VIRTVTE ET INDVSTRIA conſervanda.

Symbolon Erici Tolckmari de Berlepſen, Conſiliarij Electoris Saxoniæ, quod herus etiam hoc loco, propter eius venuſtatem & mutuam illorum amicitiam, extare voluit.

Virtutis Vincenda Voluptas Viribus.

Non alijs, ſed virtutum vincenda voluptas,
Viribus eſt, ſi quis laudis amore tumet.

Prædij ædificia, quæ dixi tabellis querneis ſæpiri, ea hactenus: nũc agros & pagi formam involo. Verum quemadmodum animo concepi, ſic verbis ut exprimam, vereor. Imaginare oblongam quadraginta ſtadijs areã Smaragdinam, tranſverſim foſsis interſciſſam, per medium, quà via regia eſt, continuis ſalicibus veſtitam, intermiſsis villarum tectis ornatam, utrinqꝫ verò aggeribus

&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

& aquis incluſam. Etenim pagi Breden bergæ ſeptentrionale latus cingit in longum Stora fluvius navigabilis, qui:

Δὶς μὲν γὰρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, δὶς δ' ἀναροιβδεῖ,

hoc eſt: bis dierum noctiumque ſingulariium intervallo, vi Albis in Oceanũ ſe exonerantis, tumeſcit & in ſe ipſe reſidit, nec ultra trecentos & quinquaginta paſſus diſtat ab arce. Itaque Oceani divitias navigijs commodiſsimè miniſtrat, & ruris copias quoquò verſum exportat. Hic fluvius celebris quoque eſt ob munitionẽ à Carolo Magno (ut Francorum hiſtoriæ teſtantur) in eius ripa, ad retinendum vicinos populos ſubactos in officio, exſtructam. Ad oram verò auſtralem incumbunt ei paludes declives, ſcaturigines & aquas pluvijs collectas evomentes.

Egregiè, dicat quis, munitus eſt natura hic pagus, ſed quem depreſſo ſolo, totum pœnè innatare aquis, paludique quã terræ frugiferæ ſimiliorem eſſe ne-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ceſſe, apparet, & in quo ornando à Io-
hanne Rantzovio, longè celeberrimo et
prudentiſsimo habito, tantum operæ
ſumi non debuiſſe videatur. Id medius
fidius (ignoſcite faſſo) ipſe cum viris, in
magno precio eo tempore habitis, affir-
maſſem, ſi tum natus, & præſens intui-
tus loca, & interrogatus fuiſſem, operæ
precium ne eſſet hîc munitionem conde-
re, et pagum illum ſtagnantem Lernam
ductis foſsis in melius provehere. Ete-
nim pagus ante annos 38. ſpeciem ſta-
gni ferè perpetui æſtate præbuerat, hye-
me ſpeculi & pręter piſces et fœnum ra-
rò quicquam incolis ſuppeditarat.

Illi Crœſo ditiores videbantur, qui
tantum pecoris alebant, quod frugibus
annuis commutarent. Reliqui fœnum,
annuum terræ cenſum, Itzehoam, quæ
Bredenberga diſtat duo millia paſſuũ,
ſæpe deportabant, & drachmis aliquot
venditum, nõ ita multis compotatiun-
culis inſumebant, interdum & inſtantis

anni

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

anni ſpem dubiam decoquebant. Quod niſi ad hamos & retia, velut ad extremã anchoram fugiebant, mendicando ſtipem corrogare cogebantur. Pedes ob aquarum copias rarò ædem ſacram viſus eſt ingredi æſtivo tempore, niſi vadâſſet. Proinde eo recuſato, aut equo, aut lintre veheretur oportebat, qui ſacris intereſſe in animo haberet.

His tamen incommodis tantis paterfamilias ſapientiſsimus, & dux feliciſsimus Iohannes Rantzovius, nihil terreri, ſed totus in amorem patriæ effundi, vela animi ſui pandere, ad auxilium terræ inerti omnem animi aciem intendere. Itaq; territorium Bredenberganum, cõſentiente ob egregiè navatam in bellis operam primo Friderico Daniæ rege, á Borsholmenſium monachorum collegio, approbante eandem venditionem primario eius ordinis, licet admodum remoto, adminiſtratore emit, & in adiacentia rem bello partam collocavit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

aggeremq́; quaſi obicem Storę validio-
rem obiecit, foſſas ſeptenis pedibus la-
tas, quinis altas, per quodvis iugerum
excitari iuſsit.

Hę ſtagnantes aquas ad Storæ alveũ
deducunt, poſitis ſuper aggerem cava-
tis arboribus, & earum valvis ſic libra-
tis, ut tumeſcente & impellente æſtu
claudãtur, eo reſidente pateſcant, & col-
lectas ex agris aquas expuant. Ne vero
ex paludibus meridianis recentes aquæ
ſubinde ſcaturirent, & ibi duxêre agge-
rem. Hac admiranda & divina indu-
ſtria vir ſagaciſsimus, qui ad arma tan-
tummodo natus videbatur, omnium
opinionem præclarè vicit. Nunc enim
Bredenberganũ ſolum frumenti & le-
guminis nullũ genus recuſat, triticum,
olyram, triangulare illud in modum fa-
geæ glandis frumentum, farina triticeæ
ſimile, folijs hederæ, rubicundis & bi-
pedalibus geniculis, quod, quia Latinũ
nomen vetus adhuc ſub iudice pendet,

ad

ad imitationem Germanorum Fagotriticum dixeris: avenam item, milium, fabas, piſa, & alia huiuſmodi. Atq; ut ſolidum & perpetuum præſtaret hoc beneficium, χωμεπισκόπων collegium inſtituit, quos ne quid vicij facerent aggeres & foſſæ, circumſpicere, & deſides noxæ dedere imperavit.

In ore omnium eſt Hercules, nec ſeculis ſex & viginti aboleri potuit, quod Lernæam hydram quinquaginta capitum debellârit, hoc eſt, paludem auram peſtilentem eructantē ingeſta terra ſolo æquârit, quam reris laudem ſibi comparabit ſuorum ſubditorum pater Rantzovius? Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis, in aſtra ferent. In cuius laudē reges & principes conſpirant, quem viventem ſubditi in oculis ferebant, cuius defuncti ſacroſanctam memoriam habent, cuius cum benevolentia & honore mentionem faciunt exteri, cuius pietatis & beneficentiæ & exiſtimationis

buccinatores ſunt ſacri miniſtri. Neq; id immerito, aut enim re aut conſilio iuvabat omnes: Cuius locupletiſsimus teſtis, ut cætera taceam, Munſterdorpia eſt conſtituta, in qua venerandi huius regionis D. paſtores conventus agunt, de doctrina, & coniugiorum quibuſdã intricatis negocijs, qui diu iam fieri deſijſſent, niſi hic regem deprecatus fuiſſet, ne reditus ſacros in profanum bellum converteret.

Quid? quod ædem ſacram, & turrim Bredenbergæ ſuis ſumtibus ædificavit & reſtauravit, quam rude iam donatus à rege frequens adijt, illud ſępe recitans: Vnum rogavi à Domino, ut inhabitẽ in domo eius cunctis diebus vitæ meæ. Ad eius exemplum nullus non ſubditorum ſe componebat. In hac æde Iacobus Qualius eques, peſte occumbens, eſt ſepultus. Ei Heinricus Rantzovius monumentum fecit ſaxeum, cum eiuſmodi inſcriptione:

Qua-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

QValius, ante diem crudeli funere raptus,
Mortua in hoc tumulo mēbra Iacobus habet.
Cumq́ nova poſtquā ſex tantū coniuge menſes,
Proh dolor, unanimis vixerat, occubuit.
At memor Heinricus fidei, quam præſtitit olim,
Hoc Rantzou ſtatuit triſte doloris opus:
Vt ſit perpetui lacrymabile pignus amoris,
Et ſimul ut capiat præmia rara fides.

Lapis etiā parieti inſertus à D. Heinrico Rantzovio, aureis literis hęc oſtentat: Huius templi reparatori, turris nec non arcis vicinæ Bredenbergæ fundatori, Daniæ quondā liberatori, et Dithmarſiæ domitori, Ioanni Rantzovio equiti aurato, filius Heinricus gratitudinis ergò poſuit.

Reſtarent adhuc plurima, quæ appellatione prædij, in quo deſcribendo verſamur, comprehenduntur, ut mola aquaria, ἀνεμόμυλον, quod decuſſatim craticeis & lino intectis alis à leni vento circū agitur, piſcationes, venationes et alia. Verum ſi his longius im̄orarer, in immenſum creſceret liber, nauſeamq́ tibi, lector, moverem, quā metuo ut ſæpius

concitarim, dum omnia ſine delectu & ſplendore, quod nihil non accumulanti evenire oportuit, eructo, & impetum continuæ orationis verſibus inſertis retardo. Sed quia omnes angulos arcis & prædij tecum circumire una opera propoſui, non narratio, quæ deſcribit, ſed arx, quę deſcribitur, longa videri debet. Etſi verò me non fugit, quam difficiles Momos ſim habiturus, quos ſacietas rerum noſtratium cepit, ſtupore autẽ externarum ſic ducuntur, ut eas, quæ ante pedes ſint, non animadvertant, imò has ne quidem faciant flocci: tamen candidum lectorem, non dubito, de hac qualicunq; lucubratiuncula clementer iudicaturũ, idq; ut faciat, etiam atq; etiam rogo.

Nam quanquam nõ inficias iverim, plurima eſſe, apud exteras nationes, digna de quibus habeatur ſermo: tamen ijs operam ſolummodo impendere, eorũ meditatione, ceu viſa Gorgone, per-

petuò

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

petuò obrigeſcere, de noſtratibus profundum agere ſilentium, eaq; debitis encomiis defraudare, id verò (dicam quod ſentio) viri ſorte ſua non contenti, iniqui & ingrati Deo & hominibus, vel ſi opus ſit pluribus contenderim. Sunt enim & apud nos viri, aliaq; opera, quæ pleriſq; exterorum præripiant palmã, aut dubiam relinquant. Vide enim mihi (ne meũ negocium ſemper nõ agam) quàm delectabilis, quàm utilis patriæ et Domino ſit munitio Bredenbergenſis, quibus duobus ædificandi rationẽ Socrates apud Xenophontem metitur: vide etiam mihi carmina, digna ne ea omnia, quæ involverentur ſilentio? Vt habeantur, meo narrantis vicio accidere poteſt.

Nam quid ego illud Cymbricæ gentis columen & decus, vindicem libertatis Danicæ, heroa Iohannem Rantzovium, virtutum bellicarum & togatarũ tanquam ſpeculam ſublimem poſitum,

ad quam laudis utriusq́ cupidi dirigant curſum, quid, inquam, ego illum commemorem? De illo orbis mundi loquitur nunc, et lòquetur ſemper, ut hydram Bredenbergenſem exiccarit, ut trium ex ordine regum Danicorum, Ducumq́ Holſaticorū, à legationibus, uti ea fuit, qua Spiræ inter Carolum V. & regem Chriſtianum III. pax compoſita fœdusq́ initum eſt, à conſilijs, à bellis perpetuò fuerit, & operam inenarrabilem navârit. Ante marmor gypſo illuminavero, ante bellicū toto audiente exercitu ſtipula cecinero, quám tuas, lector, aures militaribus & togatis laudibus, hoc viro & Rantzovidum familia dignis, implevero. Ea enim, ut paululum digrediamur, in hac Cymbrica parte longè ante abavorum memoriam, perpetua & quaſi per manus tradita, laudum & honorum lampade fulſit præ cæteris.

Verum cum fortiter facere, quàm fa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ti maluerint, nec tam ſtylo luculento,
quàm gladio coruſcante pugnare, in
delicijs habuerint, nimis ſerò ad literas
Martium animum, poſt tempora Ca-
roli Magni, qui primus ſtudia artium,
linguarum & religionis, in his oris exci-
tavit, appulère. Quare factum, ut veſti-
gia huius familię, rerumq́ in his oris ge-
ſtarum, in raris annalibus extent, et dif-
ficulter acta temporũ eruantur, niſi in
ſubſidium monumenta poſita defun-
ctis, & publici codicilli vocentur, cuiuſ-
modi mira eſt penuria. Credidere enim
nefas antiqui Holſati verbis ſuis, quàm
pellibus atramento illitis, appenſa ceræ
maſſa, fidẽ minorem haberi. Aſſervan-
tur tamen à Ploẽnenſibus literæ datæ,
anno poſt Chriſti redemtoris natalem
milleſimo, ducenteſimo, trigeſimo ter-
tio, quibus iure civitatis, quod Ius Lu-
becenſe hîc appellant, eius oppidi cives
donantur, mentione facta duorũ Rant-
zoviorũ, qui actioni interfuiſſe tanquã

teſtes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

teſtes ſigillaq; ſua appendiſſe etiamnũ cognoſcantur. Hi iam tum apud Adolphum quartum comitẽ Cymbricæ orę, qui poſtea religioſum ordinem, relicta gubernationis mole, ſuſcepit, ſummos magiſtratus & nomẽ illuſtre gerebant.

Ex illo me Hercle tempore, factis & ſplendore familię, honores & magiſtratus aſſecuti ſunt maximos, & in precio ab omnibus habiti, ita ut inde facile colligi poſsit, tunc temporis etiam nomen Rantzoviorum magnum & amplum fuiſſe. Namq; anno, qui fuit à ſalutifero partu, Milleſimus, trecenteſimus & trigeſimus quartus, Kiloniæ ſepultus honorificè eſt Bruno Rantzovius, Vuoldemari ducis Iutlandiæ cõſiliarius ſummus: Sicuti & eodem loco à ſuis humatus conſpicitur, anno reparationis per virgineum partum milleſimo, trecenteſimo & nonageſimo, Vuoldemarius Rantzovius, qui Nicolao comiti Holſatico à conſilijs intimis fuit. Tumulatus

tus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

tus ibidem eſt in peculiari ſacello Otho Rantzovius, cum nonnullis ex ſe genitis, in cuius ſacelli feneſtris vitreis circiter ſexaginta Rantzoviorum nomina leguntur, qui eodem tempore vixeunt. Hæc teſtantur monumenta bené meritis à gratis poſteris erecta, quorũ etiam non pauca in primario tẽplo Itzehoenſi adhuc conſpiciuntur.

Quod autem eorum res geſtæ maxima ex parte interciderunt, temporum iſtorum iniquitati aſcribendũ eſt, quemadmodũ & illud, quod plurimi Rantzoviorum ſunt defuncti, in quorũ memoriã nulla ſunt conſtituta monumenta, ſola poſterorum culpa accidiſſe videtur. Silentio tamen præterire nequeo, hanc familiam Hamburgi canonicatũ, pontificis Innocentij VIII. autoritate confirmatum, Kilonij, Segebergæ, Itzehoæ, & paſsim in vicinis Eccleſijs aliquot, beneficia Eccleſiaſtica ad divinos cultus celebrandos, ante multa ſecula in

ſti-

ſtituiſſe & fundaſſe. Nam extant adhuc literę in Cœnobio monialium Pretzenſium, quæ teſtantur, quempiã ex Rantzoviorum ſtirpe progenitum eidẽ Cœnobio, unà cum cæteris donis, militare munus, nempe viginti octo equos, obtuliſſe, ac in memoriam progenitorum & poſterorum ſuorũ conſecrâſſe. Quemadmodum & Metta Rantzovia monaſterio Itzehoenſi quinq; millia marcarum dono dedit. Aſſervantur quoq; literę in archivo Gottorpiano datę Anno 1397. de diviſione ducatus Sleſvicenſis & Holſatiæ Comitatus, quibus ſubſcripſerunt, Scacke & Caius Rantzovij. Nec minus quoq; ex monumentis literarum conſtat, circa annũ 1420. in Dania celebres fuiſſe Rantzovios, Elerum, Ioannem, & Chriſtiernum.

Rantzovios etiam non minus gratia apud Holſatos, quam authoritate atq; opibus valuiſſe, id vel inde colligi poteſt, quod à Dithmarſis anno 1404. ini-

qui-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

quitate loci circumvēti & cęſi, ut Rantzovium & Poggeviſcum captos redimerent, oportunam munitionem Delbruggen, quæ præluſtribus viris, ut occuparetur, conſtiterat, & præſidio valido tenebatur, hoſtibus Dithmarſis, conſentientibus principibus & totius nobilitatis flore, reddiderunt. Neq; in patria ſolum gratioſos, ſed exteris quoq; notos & charos fuiſſe, documento eſt diploma Alberti II. Imper. Anno 1439. datum, quo ſocietatis ſuæ ſive ordinis inſigne, nempè draconem & Crucem, Adolpho duci Sleſvicenſi confert, eidemq; mandat, ut cùm Scacke Rantzovio alijsq; nuncupatis ex nobilitate primoribus communicet. Nam quod quatuor & viginti Rantzovij anno 1469. ſubſcripſerint ei fœderi, quod à primoribus totius ferè Holſaticæ nobilitatis, in omnes tam civitates, quàm proximos duces, qui ſententijs ab ijs latis minimè acquieſcere, ſed apud alios com-

petentes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

petentes iudices eos accuſare vellẽt, ictũ eſt, & præcipuè (quanquam tectè) adverſus Chriſtiernum I. Daniæ Regem, Fratre eius Gerhardo comite (ut vocãt) Oldenbergenſi, nimis acerbè præter æquum & bonum Holſaticam rem adminiſtrante, initum, id inquam notius eſt, quam ut cõmemoratione indigeat. Quanquam magnam partem huius familiæ, amore principis, & vitandi diſcriminis rebellioniſqꝫ notæ cauſa, ea non probâſſe crediderim: nec tamen negaverim, hunc Nobilitatis conſenſum, quẽ Rex cõiurationis nota aſpergebat, ab illis defenſionis boniqꝫ publici prætextu excuſatum fuiſſe. Sed hæc controverſia non multò poſt ſine ſtrepitu, veluti intra domeſticos parietes, fuit inter Regem & Nobiles tranſactione ſublata.

Anno deinde 1500. cum Iohannes Danorum Rex & Holſatiæ princeps, ſe Cæſaris Auguſti Diplomate, patri Chriſtierno à Friderico III. Rom: Im-

per:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

per: liberali donatione conceſſo, quo Holſatiæ principibus Dithmarſia iure clientelari attribuebatur, ſatis munitum crederet, capiendæq; poſſeſsionis ergò armatus in Dithmarſiam progrederetur, Rantzovij deeſſe ſuo principi noluerunt: quo non ſatis auſpicatò pugnante, quatuor ex primoribus eius familiæ fortiter dimicantes ceciderunt.

Nihil opus eſt hoc loco, me iterum in Clariſsimi fortiſsimiq; herois Iohannis Rantzovij, equitis aurati, laudibus commemorandis accumulandisq; orationē conſumere, cúm & per omnem hunc librū, ubi res poſtulare videbatur, paſſim ipſius mentio fiat, & bellicis togatisq; laboribus comparata gloria, quæ anteà quoq; non patriæ ſolum utiliter erat perſpecta, ſed fama illuſtrium factorum præcone etiā apud exteros latè inclaruiſſet, peculiari elogio vitam & res ab eo geſtas complexo, alijsq; literarum monumentis, ad poſterorum memoriā

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

æternitati ſit conſecrata. Is enim, dùm
vixit, pacis belliq́; arbiter iuſtiſsimus, &
regibus principibusq́; ſuis quaſi oracu-
lum eſt habitus, patriæq́; tanquam co-
lumen & ornamentum unicũ fuit. Sive
bella gereret, ſive pacis negocia obiret,
expeditam opimæ paci per arma viam
ſapienter aperiebat, incolumitatẽ prin-
cipum & incrementa gloriæ potentiæ-
que ipſorum fideliter tuebatur & aſſere-
bat, ſalutem nõ ſolùm civium, ſed etiam
hoſtium clementer humaniterq́; con-
ſervabat, ac patriæ ſuę felicitatem, decus
& ornamenta, piè iuſteq́; cuſtodiebat.
His belli pacisq́; artibus effecit, ut, etiãſi
humili & obſcuro ortu editus fuiſſet, ta-
men invictæ virtutis ſuæ & rerum ge-
ſtarum ſplendore ac magnitudine, fa-
miliam ſuam clariſsimam reddidiſſet.
Iam verò Rantzovici generis ſtemã &
decus, quod per tot annos in Cimbrica
Cherſoneſo inter nobiles familias per-
celebre fuit, nominis ſui claritate & rerũ

ge-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

geſtarum gloria, ita cumulavit & extulit, ut ea Rantzovici ſanguinis ſtirps inter reliquas omnes popularium ampliſſima ſplendidiſsimaq́; meritò habeatur. Quanta verò autoritate & gratia non modo apud ſuos, ſed exteros quoq́; principes valuerit, præclarum eſt argumentum, quod iam quaſi coronidē omniū, quæ de ipſo eram dicturus, adiungam. Cum reparatis viribus animisq́; ingens inter ſe bellum duo Europæ potentiſſimi monarchæ, Carolus V. Imper. & Franciſcus I. Galliæ Rex, molirentur, uterq́; eorū oblato honorificè per tranſmiſſum diploma liberaliſsimo ſalario, Iohannem Rantzovium, per tot maria terrasq́; eorum ditionibus remotū, ſed factis & virtute notiſsimum, amanter pro ſe quiſq́; invitavit, ut operam ſuam militarem illis præſtaret. Ambo enim ſagaciſsimi alienę virtutis æſtimatores, ſi eum ad partes ſuas traduxiſſent, non leve rebus ſuis momentum acceſſurum

ſunt arbitrati. Sed is, cum exteris principibus operam ſuam, quam ſoli patriæ dicaverat, bello impendere nollet, iuſta vacationis à bello excuſatione adducta, per literas utriq; prolixè gratias egit, quod tam honeſtum de ſe virtutis peritiæq; bellicæ iudicium feciſſet. Patrium vero decus & laudem, Henrice Rantzovi, here & Mecœnas ampliſsime, iiſdem tu quoq; artibus & meritis, quibus ille ad ſupremum honoris faſtigium aſcendit, ſingulari induſtria & dexteritate æmulatus, & iucundiſsimũ laborum & vigiliarum fructum, præclaram nominis & gloriæ famã, vivus percipiens, cumulatè aſſequeris. Quanquam enim bella præſens corporis viribus nulla adminiſtres, cum ſive natura, ſive inſtituta vitæ ratio, te inde aliò abducat, tamen ſententia, autoritate & conſilio, bellicas regis, moderaris et conficis actiones, pacemq; & tranquillitatem turbatam reducis, reductam præclarè conſervas &

illu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

illuſtras. Illud fatebitur, qui belli, contra Dithmarſos ſuperioribus annis ſuſcepti geſtiq́ʒ, ſeriem & acta diligenter recognoverit. Quid verò ultimo hoc Süecico bello abs te præſtitum ſit, in recenti omnium, quotquot res eo bello geſtas ſibi cognitas habent, eſt memoria. Tribus certè graviſsimis ſuſceptis pro rege tuo legationibus, cùm primum Roſtochij, deinde Sundij, poſtremò Stetinij, inter ampliſsimos clariſsimosq́ʒ Imperatoris, regum, principum ac civitatis Lubecenſium, oratores atq́ʒ legatos, de ineunda pace actiones inſtituerentur, quanta fide, contentione, labore, cura atq́ʒ induſtria, regis tui decus & honorem undiquaq́ʒ ſalvum tueri & conſervare incumberes, quanto amore & ſtudio pacis trãquillitatisq́ʒ patriæ eſſes inflãmatus, quanta deniq́ʒ ſapientia, dexteritate & conſilij gravitate, in rebus arduis tractandis explicandisq́ʒ valeres, omnibus planum feciſti. Quarum po-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ſtrema Stetinenſi actione, cùm cæteris à
rege miſsis oratoribus, pacis conſtituen-
dę vias omnes & rationes accuratiſsimè
perſcrutatus, tandem bello, cum graviſ-
ſimis utrorumq́ꝫ cladibus iam in octa-
vum annum protracto, finem exopta-
tum impoſuiſti, pacemq́ꝫ ęterni fœderis
vinculo ſagaciter ſtabilitam atqꝫ confir-
matam, feſsis exhauſtisq́ꝫ bellica cala-
mitate regionibus reddidiſti. Itaqꝫ Da-
nia, Norvegia, Suecia, Polonia, Livo-
nia, Lubecenſiū Civitas, aliæq́ꝫ etiā re-
motiores terræ, ad quas huius belli in-
commoda redundabant, quæq́ꝫ nunc
lætæ reſtitutæ pacis fructibus gaudent,
cùm cæteris, tùm tibi quoqꝫ non in po-
ſtremis huius meriti mercedem & gra-
tiam debent. Neqꝫ mirum ſanè, te in iſta
pacis tractatione, ob raram acuti inge-
nij perſpicaciam, ſingularem pruden-
tiam, præclaram animi moderationem,
egregiam fidem et induſtriam, magnam
apud omnes nominis tui prædicationē

&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

& famam excitaſſe, cum & ipſius naturæ ductu, & perpetuo quodam vitæ inſtituto, ita te ſemper geſſeris conſuefecerisq; ut in obeundis expediendisq; negocijs, nemo te ſit conſideratior, nemo tractabilior, nemo humanior, nemo iuſtior, æquiorve. Verum ego ſi omnes ingenij tui dotes, omnesq; actiones, quibus bello ac pace regi tuo & patriæ inprimis ſalutaris fuiſti, oratione perſtringere vellem, vereor ne in tam anguſto opere argumenti gravitas & copia ſcribentem opprimat. Itaq; cùm hæc famę, etiam poſt cineres ſuperfuturæ, quę extinctos ſemper maior clariorq; perſequi ſolet, ſint cõmittenda, plura de hoc dicere ſuperſedeo.

Illud verò nequeo committere, quin etiam recitem, Rantzovios octo ſimul & eodem tempore ſenatoriam dignitatem apud Chriſtianum III. Daniæ regẽ & Holſatiæ duces obtinuiſſe, & iam ar-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ces,pagos, & prædia fertiliſsima & am-
pliſsima ultra quadraginta poſsidere,et
inter eos pleroſq; longè cenſum Sena-
torum Romanorum triginta millium
aureorum præſentis pecuniæ ſuperare,
nonnullis præſertim ad centena millia
uſq; Dalerorum,ut vulgo dicunt,ſigna
ta moneta progreſsis. Qui arma nunc
ferunt, ſexaginta inveniuntur: Inter
quos DANIEL RANTZO-
VIVS, qui primarius regis Daniæ bel
lo Suecico dux, ſortiter ad obſidionem
arcis Valpurgæ à Suecis regi Daniæ e-
reptæ pugnans, vitam profudit, mo-
riendoq; victoriã regi ſuo comparavit.
Et Mauricius & Paulus Rantzovij in
expugnatione Gothana unius turmæ
ductores fuerunt. Plurimi autem horũ
apud regem Daniæ Fridericum II. du-
cesq; Holſatiæ, conſiliariorum & præ-
fectorum iam nunc munere funguntur.
Impuberum maſculorum tanta eſt co-
pia, ut paucis annis numerũ Fabiorum
Roma-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Romanorū ſuperare aut adæquare poſſint. Quare cùm hæc familia ante Caroli Magni tempora fuerit, et adhuc nihil aliud ſit, quam bellicoſorum militum et Magnanimorum ducum quaſi perpetuum ſeminarium: & prædictas poſſeſſiones ſine magna virtute nō acquiſiverit, & tam diuturno tempore fuerit tutata, nonnullis ad principatus Eccleſiaſticos & Epiſcopales honores evectis, ut fuit noſtro tempore Balthazarus Rantzovius de Nienhaus, Lubecenſis Antiſtes: Spero nullum fore tam iniuſtum rerum æſtimatorem, qui, hac celebri Rantzovica arce deſcripta, aliquam mentionem fieri vetuſtatis & ſplendoris huius gentis ægrè ferat.

Hæc habui, quæ hoc loco huic deſcriptioni, veluti corollariū, adĳcienda putavi, quanquã ego ſanè in tam anguſto temporis ſpacio, quo in Rantzoviorū clientela & domo ſum converſatus, parum de rebus geſtis et dignitate generis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

eorum explorare potuerim. Quicquid verò operę in hac re pręſtiti, id ea potiſsimũ gratia lubens ſuſcepi, ut turpem & ignominioſam ingratitudinis maculam longiſsimè à me depellerem. Cacoethes enim ſcribendi, & in bibliopolijs proſtandi, nõ tam animũ meum occupavit, ut etiamnũ maximè exoptẽ, quò exoriatur aliquis, qui mè longè à tergo relinquat, prorſusq́; obſcuret. Intereà ego, quod potui, feci, animumq́; meũ promptum et gratũ, tametſi viribus voluntati paribus ſit deſtitutus, hero meo humanitate et comitate ſingulari prędito, placiturum confido. Si quid erit, ut erit, tuberoſum, inæquale, minus elegans, te, candide lector, rogatum velim, ut, quantum vituperij macies ſtyli promeretur, tantundem venię rationẽ inſtituti mei, qua ingrati animi vicium effugere inprimis contendi, à te impetrare non gravatim patiare.

BREVIS NARRATIO, VNA CVM EPISTOLIS ET EPITAPHIIS nonnullis, de vita, præcipuis rebus geſtis & obitu, nobilis ac ſtrenui viri DANIELIS RANTZOVII, copiarum ſereniſsimi Regis Danorum Friderici II. in Suecos primarij ductoris.

NObilis ac ſtrenuus vir DANIEL RANTZOVIVS, ex equeſtri & veteri RANTZOVIORVM familia in Cymbria ſive Holſatia, patre Godſcalco, Regum Daniæ quondam conſiliario, ac domino caſtrorum Nienhoves et Vvammendorp natus, ſcientia rei militaris, virtute, authoritate, & fælicitate præſtans fuit bellator. Hic cum in teneris annis à patre manſuetioribus literarum ſtudijs addictus eſſet, ſumma cũ felicitate ijs incubuit, & præter Germanicam, quæ ipſi vernacula ac nativa fuit, linguas Latinam, Italicam ac Danicam exacte & expedite didicit.

Poſtea verò, ut cum gloria ingenij bellicæ etiam diſciplinæ laudem coniungeret, progreſſu ætatis, generoſum ac Heroicis virtutibus excellentẽ animum, ſive divino quodam inſtinctu, ſive naturæ etiam impetu atq; inflãmatione adductus, ad rem militarem adiecit. Proinde unà cum Illuſtriſsimo Holſatiæ duce Adolpho, in Imperatoriam Caroli V. aulam profectus eſt, ibidemq; per triennium fere commoratus, in Italiam contendit, ubi inter Caroli V. proceres ac præfectos per quinquennium verſatus, militiæ diſciplinam percepit, cumq; ex eo

ſin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ſingularis fortitudinis, cum ſum̃a prudentia conjunctæ, eluceret ſignificatio, unius cohortis ductor ibi conſtitutus eſt.

Ex Italia ipſi reverſo adminiſtratio arcis Peyne, in ducatu Brunſuicenſi ſitæ, à principe Adolpho commiſſa eſt. Cum autẽ tum temporis ab eodem Holſatiæ principe in Dithmarſiam bello domandam expeditio ſuſciperetur, Daniel Rantzovius, cum in uſum copijs undiqꝫ comparatis, in eo bello primò duabus cohortibus peditum eſt præfectus: Deinde verò, duce Schonveſio ab hoſtibus cæſo, à legione eiuſdem propter ſtrenuam in bello navatã operam, reiqꝫ militaris inſignẽ peritiam, in defuncti ducis locum ſurrogari poſtulatus eſt. Cum autem, Dithmarſica gente ſub iugum redacta, novũ bellum inter regem Danorum & Suecos exortum eſſet, Daniel Regiæ Maieſtati ſuam quoqꝫ operam negare noluit, cum alioqui iuſtam excuſationem, propter natam ex nobili Dammiorum familia ſibi iam tum deſponſatam ſponſam, prætexere potuiſſet. Itaqꝫ primò viginti quatuor cohortes peditum Regi adduxit, quarum ipſe præfectus eſt deſignatus, mox autem, ob ſummam in rebus gerendis prudentiam & fœlicitatem, totius belli adminiſtrator, & copiarum militarium in Suecos primarius dux eſt electus. In quod bellum difficillimũ etiam ſeptennale, vir animoſus ſummis laboribus & ſudoribus bellicis perfunctus, pro rege ſuo & regno Daniæ vitam, fortunas & omnia reliqua cõtra Suecos, magna hoſtium edita ſtrage, impendit. In campo Aſtorffheide, quatuor millibus

viginti

viginti ſex millia hoſtium in fugam vertit, 5. millibus ex his cæſis. Spacio ſemeſtri regnum Sueciȩ, ad quod omnis aditus arduus & penitus obſtructus videbatur, magna itinerum contentione ac difficultate, admirabiliq́ adhibita celeritate, in ipſa hyeme per loca inacceſſa, anguſta, & ob copioſum numerum hoſtium, ſpe Danici exercitus delēdi, et ab omni commeatu, reliquiſq́ copijs intercludendi, eò confluentium, iter faciens, peragravit, multaſq́ arces, pagos & agros vaſtavit, ac depopulatus eſt. Inter quæ id raræ fœlicitatis eſt, quod tribus diverſis prælijs totidem ſummos belli duces in poteſtatē redegit, & captos ſuo regi vivos tradidit. Cumque illud tempus accidiſſet, quo Erico Regi, procerum cæde ſuaq́ Tyrannide, & graviſsimorum criminum culpa deformato, fratres regni gubernacula eripienda eſſe exiſtimârunt, eorumq́ maior natu, dux Findlandię Iohannes, periculi imminentis ratione habita, tractationem pacis à rege Danię per literas peteret: Daniel Suecicorum ingeniorū non ignarus, cum ſimulate id potius temporum neceſsitati ab ipſis dari, quam ſerio à Suecis fieri prævideret, victoriæ potius curſu utendum, donec hoſtis ex animo pacem flagitaret, eſſe cenſuit. Qua in re illum militari prudentia rectè conſuluiſſe, exitus comprobavit. Quum contra Daniæ Rex mitiore decreto, Suecorum in ſpeciem pacis conſtituendæ ſimulatas actiones, pro veris & minime lubricis admitteret: quippe qui illos ex ſuo genio ſyncero ęſtimaret. Dux Iohannes, cùm fratre Erico capto rerum in Suecia potitus eſſet, domiq́ omnia pacaſſet, tabulis per ſuos de pace cum Danis conſcriptis,

ſcriptis,

ſcriptis, minimè ſe teneri prætulit: Itaq; ad arma reditum eſt. Et Daniæ quidem Rex arcem Vuarpurgam arctiſsima obſidione cinxit: dumq;, omnibus ad oppugnationem comparatis, Daniel dirigendis machinis æneis occupatur, impacta capiti ex hoſtili tormento ſphæra vitam ei ſubito eripuit, non ſine præſentis Regis, totiusq; exercitus, gemitu & luctu.

Et hoc modo vir, omnium iudicio generoſiſsimus ac fortiſsimus habitus, in milites liberalis & beneficus, acriter pro Rege & libertate Daniæ pugnans, in ipſo ætatis flore, ac ſplẽdoris honorumq; faſtigio, imatura morte occubuit, & victor in ipſa victoria perijt. Ad cuius laudem hoc etiã accedit, quod, utroq; parente huius belli tempore defuncto, Regem paternæ hæreditatis adeundæ gratia non deſeruerit, ſed operam ei ſuam uſq; ad extremum vitæ halitum præſtiterit fideliſsimam. Exuviæ mortui duabus turmis equitum uſq; ad mare Balthicum deductæ, iuxta tenorem teſtamenti ab ipſo, ſibi præſagiente, rerumq; humanarum fragilitatem perpendente, conditi, in avitum progenitorum ac maiorum ſuorum ſepulcrum, in æde ſua parochiali in Vueſtenſehe ſitum, illatæ, ac à duce Adolpho, Legatis Lubecenſium, ac totius Holſatiæ nobilitate, certiſsima & firmiſsima futuræ reſurrectionis ſpe, ſepulturæ honorificè mandatæ ſunt.

Deceſsit Anno Domini, M.D.LXIX. Die II. Menſis Novembris.

Hein-

HEINRICVS RANTZOVIVS IOACHIMO HINckio I. V. Doctori, Decano Bremenſi: S.P.D.

REdditę mihi hodie ex Lubeca ſunt literę, vir clariſsime, ex quibus primò ſumma cum lætitia percepi, arcem Vvarpurgam à ſereniſsimo Danorum Rege oppugnatam, ac in deditionem redactã eſſe. Poſtquam autem paulò ulterius legendo progreſſus, nobilem ac fortiſsimum virum, gentilem & amicum meum, Danielem Rantzovium, copiarum Regis Daniæ in Suecos primarium ductorẽ, in hoſtili oppugnatione eius arcis, unà cum cæteris verſantem, fortiter pugnando mortem occubuiſſe intellexi, lætitia hæc in ſubitum converſa eſt mœrorem. Quanquam verò in calce earundem literarum adiectum erat, huiuſmodi rumorem, qui de luctuoſo pręſtãtiſsimi viri interitu paſsim ſpargeretur, obſcurum incertumq́ eſſe: Tamen neſcio qua animi divinatione, vel potius præſagio, permotus metuo, hanc famam veriorem eſſe, quàm vellem.

Nuper enim ipſe Daniel Rantzovius ex caſtris literas ad me dedit, propria manu exaratas, cum alioqui, maximis & ampliſsimis negocijs bellicis impeditus, miniſtrorum ſuorum opera in ſcribendo ante hac uti conſueverit. Hæ literæ omnem præ ſe ferebant humanitatem, amorem atq́ benevolentiam, & circa finem hæc ſequentia verba latina habebant: HIS VALE cum uxore & liberis

tuis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

tuis dilectiſsimis, mecꝗ tibi cōmendatum, & ſervū & amicum tuum promtiſsimum habeto. Vale iterum atcꝗ iterum &c. Ideocꝗ hæc verba legenti mihi, neſcio quo pacto, ſiniſtra ſuſpicio de gravi aliquo caſu, amico meo impendente, incidit. Auget hanc iniectam ſuſpicionem, quod, cum nuper quoſdam verſus, imaginibus ac tabulis defunctorum quorundam Heroum ac Ducum, in arce mea Bredenbergenſi depictorum, aſcriptos, ipſi legendos exhiberem, & inter hos, carmina ſuæ quocꝗ picturæ ſubiecta, legeret, mutato nonnihil vultu, omen illud averſatus, in hæc verba eruperit: Quid vivus inter tot mortuos? Infelicis enim ominis loco habebat, ſuam quocꝗ effigiem inter defunctorum Ducum imagines collocatam eſſe.

Poſtremò huc heſternę noctis accedit ſomnium, quod de Danielis Rantzovij arce circiter auroram habui. Dormienti enim mihi viſum eſt, me ad eam arcem, cuius ſpecies oculis in ſomnis obiecta erat, iter habere, eiuſcꝗ magnificam ſtructuram ſumma cum admiratione ſuſpicere, ſed mihi rurſus paulatim ab arce diſcedenti, vultumcꝗ in eam reflectenti, inſignis arcis moles viſa eſt in exiguum lapideum ſubſidere monumentū, cuiuſmodi illud eſt, quod ante aliquot annos patri meo, in primario Divi Laurentij templo Itzehoenſi, ſtatui curavi. Cum autem ſomnia mea non omninò ſint vana, ſed exitus & eventus ijs nonnunquam reſpondere ſoleat, hæ & aliæ veriſimiles rationes animū meum propter incredibilem amorem, quo ipſum Danielem ſemper complexus ſum, nihil non mali ſuſpicantem, in dolorem conijciunt acerbiſsimum.

Sed

Sed cum virum fortem, non ſolum in rebus ſecundis, verum etiam adverſis, animi gravitatem conſtantiamq́ tueri deceat, meo vulneri hoc remedium adhibendum eſſe cenſeo, ut, ſi quid acciderit illi humanitus, harum rerũ cogitatione dolorem meum leniam: gentilem meum & amicum Danielem, pro incolumitate & ſalute Regis ac patriæ acriter pugnantem occubuiſſe, utq́ exiſtimem, vitam in ſatis multos annos ei prorogatam eſſe, cum prȩſtantiſsimis rebus geſtis, poſt multiplices & varias dimicationes, bellicoſq́ ſudores, ampliſsima virtutis ornamenta, nempè gloriam immortalem, ad quam à pueritia inflammatus fuit, conſecutus, poſteris ſuis nominis & familiæ amplitudinem auctã & illuſtratam tradat & relinquat: Cum regis Daniæ copias per multos años in Suecos duxerit, eorumq́ exercitus, tribus belli Ducibus captis, fuderit atq́ diſsipaverit: Deniq́ cum maiorũ ſuorum veſtigijs inſiſtens, Rantzoviorm more fortiter dimicando, mortem cum ſumma gloria oppetierit honeſtiſsimam.

Quare cum hæc ita ſint, & ex præmiſsis indicijs nihil aliud colligi poſsit, quam eum ex hac mortali vita ad æternam vitam conceſsiſſe, nõ tam dolori indulgendum, quàm pijs manibus defuncti debitum & extremum officium præſtandum eſſe arbitror, ideoq́ breve Epitaphium, in eius obitum à me conſcriptum, gratitudinis ergo ſepulcro amici mei incidi curabo. Quod tibi non exiguo fortaſſe dolore, ob hunc triſtem & lacrimabilem caſum affecto, ſignificandum eſſe duxi. Plura ad te ſcriberẽ, verũ ſummi luctus acerbitas me à ſcribendo avo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

cat. His vale. Datę ex caſtro Segeberg 27. Novembris. Anno M.D.LXIX.

EPITAPHIVM DANIELIS RANTZOVII, AVthore H. R.

NObili viro Danieli Rantzovio, equiti Holſato, Domino caſtrorū Nienhoves, Troieburgi & Vuoldenhorn: Belli inter Sereniſsimum Danorū Regem Fridericum II. & Suecos, per ſeptennium geſti, ſum̃o Duci & primario adminiſtratori: multarum pugnarum acerrimarū, cum Suecis manu prorſus impari commiſſarum, victori: In illorum regione viarum abſtruſarum, & ante hac incognitarum, inveſtigatori ac inventori, eorundemq́ue urbium, pagorum & agrorum, everſori ac depopulatori, de Rege ac regno Danię optime merito, gentili, cognato & amico ſuo chariſsimo, qui in obſidione arcis Vuarpurgæ tormento ictus, moriendo vincens vitam viriliter profudit, Heinricus Rantzovius D. Iohannis Rantzovij filius, in ducatibus Regis Danię Vicarius, hoc non tàm privati, quàm totius Daniæ ac Holſatiæ luctus perpetuum monumentum, mœrens non ſine lacrimis poſuit.

Obijt anno Domini M.D.LXIX.
XI. die menſis Novembris.

IOACHI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

IOACHIMVS HINCKIVS I. V. D. NOBILI AC MAGNIfico virò, Heinrico Rantzovio, S. P. D.

ILluſtriſsimus princeps meus Dux Adolphus antevertit nuncium tuum, de obitu clariſsimi viri DANIELIS RANTZOVII gentilis tui. Vtriuſque autem literæ eò mihi fuerunt gratiores, quò magis ex ijs perſpexi, Illuſtriſsimũ principem priſtinæ familiaritatis, te vero agnationis ius, & utrunq; veſtrum rerum ab eo geſtarum gloriam, recto & grato animi candore agnoſcere. Dolet uterq;, & nõ immeritò. Quid enim illi gravius accidere potuit caſu eius viri, quem inter domeſticos educatum, et albo ſenatorum aſcriptum, periculo de eius in re militari peritia & fide bello Dithmarſico facto, ad Danicum bellum ſic emiſit, ut virtutem ducem, comitem verò fortunam adiunxiſſe ei videretur? Tuum verò mœrorẽ ſi quis miretur, is plane ignorat, quantam animi perturbationem bene etiam cordatis viris afferat agnatorum immatura mors, qui varijs bellorũ caſibus virtute ſuperatis, ſpem immortalis decoris viſi ſunt familiæ ſuę invecturi.

Iuſtiſsime verò Sereniſsimus Rex noſter eius viri morte afficitur, cuius fidei hactenus graviſsimi belli ſummam ſatis auſpicatò crediderat. Te quidẽ fama de morte eius accepta perturbat, & mihi quoque ut veteri eius amico permoleſta eſt: ſed quo vultu optimum Regem exiſtimas animam exhalantis coram ſpectaſſe deceſſum? Noſti Regis ex-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

cellens & benignum ingeniũ, quàm arctè eos com-
plectatur, quos exploratæ fidei, & integritatis er-
go charos habere cœpit. Eius vicem inprimis do-
leo, quod tali viro orbatus eſt, & ex animo precor
æternum Deum, qui novit Regem noſtrum pacē
maluiſſe quàm bellum, niſi lubrica hoſtium fide, &
vafris artibus deluſus, & retractus ad arma fuiſſet,
ut novi Regis, ſi non deſierit ſanguinarij fratris in-
ſiſtere veſtigijs, robur frangat, & gentes diſsipet,
quæ bella volunt: Regem verò noſtrum victorijs
illuſtret, et diuturna pace vitam eius ad multos an-
nos feliciter extendat.

Ad te quod attinet, ęquum eſt ut luctum ponas.
Necꝫ enim reduci ille ad vitam hanc poteſt, & om-
nino ſemel ei moriendum fuit. Quem caſum cum
ſubierit ſumma cum gloria, in conſpectu Regis ſui
fortiter pugnãs, pro patria, pro aris & focis, & pro
cauſa iuſtiſsima, rebus ante ſæpe feliciter geſtis,
quid tibi relinquitur, cur doleas? Necꝫ enim omni-
bus belli ducibus, imò pauciſsimis, talem vitę exi-
tum, qualem parens tuus habuit, contingere me-
mini, qui poſt bellorum quaſi compagine quadã
connexorum, pluriumqꝫ pugnarũ illuſtres victo-
rias, domi ſuæ in complexu uxoris & liberorum,
nuſquam à fortuna graviter læſus, piè & placidè
vitam cum morte commutavit. Habet hoc ad lau-
dem & gloriam agnati tui nõ minimum momen-
ti, quod oblatam morte patris opulentam hæredi-
tatem, ædificijs & hortis Italica elegantia exorna-
tam, & adhæc ſponſam moribus optimis & for-
ma inſignem, maluit, recrudeſcente hoſtium culpa
bello, negligere, quàm Regis deſertor videri. Meri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

to igitur vivo illi abs te honor hic eſt habitus, ut eius imago inter heroas domi tuæ ob bene merita conſpiceretur, qui veſtræ familiæ, per ſe quidem ſatis illuſtri, non modicum bellici ſplendoris lumẽ videtur attuliſſe. Vale. Datæ Bremæ die 14. menſis Decembris.

Anno M. D. LXIX.

MICHAEL REDERS I. V. D. ET DECANVS HAMburgenſis.

NOBILI AC PRAECLARO DOMINO HEINRICO RANTZOVIO, regias in Holſatia vices gerenti, D. ſuo obſervando S. P. D.

NVper ad me ex præfecturæ tuæ regio caſtro Segebergenſi, Nobilis & Magnifice D. Heinrice, de triſti obitu generoſi tui gentilis Danielis Rantzovij, literas & amoris tui & doloris teſtes dediſti, quibus certè, quod decebat, afficiebar admodum. Quis enim non doleret, hunc Rantzovium tantis præditum heroicis virtutibus, in ipſo faſtigio prę-claritatis, altioribus iam deſtinatum, adeo ſubitò & Reipub. & gentilibus præreptum emori? qui nõ minus animi fortitudine, quam rebus heroicè geſtis, omniũ quaſi oculos in ſe converterat, & apud remotiſsimos quoq; & nomen & famã fuerat ade-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

ptus. Inſigni hic amore præ cæteris te amplectebatur, unicè obſervabat, & prælustre quid de veſtra meditabatur proſapia. Certe autem, tales eſſe fortunæ vicibus & ludibrijs expoſitos, dolendum eſt. Non enim in eo ad virtutem deerat quidquã, qui politioribus diſciplinis animum egregiè excoluerat, & ex ipſis fontibus priſcam didicerat nobilitatem, antiquæ procul Romanę militiæ veſtigia ambiens, & qui virtute magiſtra, ſub militaris diſciplinæ proceribus quondam præexcellentibus, bellicis ſe aſſuefecerat legibus & armis: Qui tandem, cum iam Heroici facinoris ei laurea, quod bellum geſſerat pro ſereniſsimo Danorum rege difficillimum, ad ſeptennium uſq;, inſigni fide & felici dexteritate, debebatur & prȩſtò erat, proh dolor, in ipſa Vvarpurgicæ arcis oppugnatione & expugnatione, adeò ſubito & infeliciter perijt. Vnde tu quidem, vir præſtantiſsime, Reipub: ſortem penitius conſiderans, maximè iam doles et afficeris. Nam in ipſis tuæ adminiſtrationis difficultatibus, paucis annis & patrem longe clariſsimum, quo Cymbrica veſtra felicitas fulciebatur, & nunc magnæ ſpei propinquum gentilem, ex nobili facinore heroas, ſimul amiſiſti. Verum quod ille in ſtatu mediocri tantam eſt adeptus præeminentiam, & immortalē reliquit rerum geſtarum memoriam, pro ſui Regis ſalute ſtrenuè pugnando vitam amittens, quodq; humanę pars erat fragilitatis, quem aliàs vel febricula ex accidenti extinguere potuiſſet, decenter cogitabis, & dilectum tuum gaudijs æternis deſtinatum relinques. Nec enim vobis recordatione gentilitiæ virtutis, quæ & in parente & Daniele nuper

de-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

defuncto,alijsq; proavis fuit cõſpecta,& in te conſpicitur,Rantzovij deerunt unquam : Quod tuæ quoq; plantulæ,quę nunc educantur egregiè in locis ad virtutem commodis,tibi non obſcurè pollicentur.Deus ad proſperitatem & pręſtantiam illos ſoſpitet , & aliquando eodem modo præeminere faciat.

DANIELI,ſicut à me flagitaſti,Epicedion aliquod rude conſcripſi,quod ad te mitto.Fateor autem, inter tot occupationes forenſes & moleſtias publicas,mihi alioqui longis annis nec exercitato ad Poeſin,non eſſe animum neq; nervos. Tibi tamen morem gerere volui,non quod hę noſtræ ineptiæ inſculpi monumentis ſepulturæ, ſed pro Epiſtola haberi debeant , utinã tibi,cui me totum debeo & humiliter commendo , ſatisfactum foret, quod opto,& pro ſalute & proſperitate tua Deum precor optimum maximum.Vale ex Hamburgo, decimo ſexto Decembris.

Anno M. D. LXIX.

EPITAPHIVM NOBILIS HEROIS DANIELIS Rantzovij.

SIſte gradum,faciliq; truces oculo aſpice caſus,
Lector,& hæc animo ſuſpice fata gravi.
DANIEL hac tenui tegitur RANTZOVIVS urna,
Bellica cui virtus nomen & omen erat.
A teneris ſiquidem lituos & caſtra ſecutus,
Caſtra peregrinis ſanguinolenta iugis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Claruit illuſtri terris virtute remotis,
Vicinamq́ꝫ ſuo Marte notavit humum:
Balthica montoſis ubi forte Suecus ab oris
Hoſtili verſat littora adunca manu,
Immemor & patriæ legis Danica arma laceſsit,
Regali hic iuſſu regia caſtra regit.
Atq́ꝫ quot Iliacus quaſi bellum attraxerat annos,
Belli dux ſimili Marte fideq́ꝫ gerit.
Hoſtem bis victor devincit clade cruenta,
Et petit obſcuris invia regna vijs:
Armatos belliq́ꝫ duces audacibus armis
Tres capit, hoſtilem fertq́ꝫ refertq́ꝫ pedem.
Sed perit, & vincit tandem, Regiq́ꝫ triumphum
Aptat ſanguineis atq́ꝫ trophæa genis.
Et ſic cuius acer metuebat nomen & umbram
Suecus, inacceſsis plebe tremente iugis:
Hic iacet extinctus: nigra tumulatus arena,
Factus vipereis vermibus eſca putris,
Quem præmatura Mars morte peremit, in ipſo
Famæ atq́ꝫ ætatis flore virente ſuæ.
Famæ, quæ vivit gentilibus immortalis,
Et vitam, ex Chriſti vulnere, miles habet.
Hæc igitur monumenta videns, ſuſpiria votis
Iunge decens lector, quò tibi fiat idem.

QVE-

QVERELA
DANIAE, DE OBITV NO-
BILISSIMI ET BELLICA VIR-
tute præſtantiſs: Herois, DANIE-
LIS RANTZOVII, belli
præfecti ſupremi,

HENNINGO CVNRADI-
NO GAMBRIVIO
Autore.

HEu nihil humanũ ſtabile eſt, ſors cæca vagatur,
   Actaq; præcipiti turbine cuncta rotat.
Omnia ceu filo tenui pendentq; tremuntq;,
   Et varias affert quælibet hora vices.
Quid querar? inviſi dũ Martis ad arma revertens,
   Specto rebellantis vimq; dolumq; plagæ:
Nil tàm triſte tuli, toto hoc diſcrimine belli,
   Funera RANTZOVII quàm properata ducis.
Arx mihi, de ſpecula cui nomen, ad æquoris urnas
   Adiacet, at facies altera ſpectat agros.
Machina cum lectis huc ducitur ænea ſignis
   Aggere, quà latuit cinctus & hoſtis aqua.
Singula dum luſtrat ductor, tormentaq; muris
   Applicat, heu vitæ prodigus ipſe ſuæ:
Attulit huic fatum celeres glans miſſa per auras,
   Præbuit ac victas hoſtica turba manus.
Hic vir erat, cuius fidei me debeo totam,
   Summaq; cui noſtri credita Martis erat.
Quicquid enim fueram fortunæ experta benignę,
   Illius in dextram Numina prona dabant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Huic allapſa fuit niveis Victoria pennis,
Semper & in galea viſa ſedere viri eſt.
Magnanimo pugnans toties qui pectore, miſit
Milite non multo millia multa neci.
Irruit intrepidus, rapidum ceu fulmen, in hoſtes,
Indomita ſternens obvia quæq; manu:
Scipiades Italo velut agmina milite fundens,
Pœnorum domuit corda ſuperba ducum.
Solus in armatas non horruit ire phalanges,
Compulit & ſubitæ vertere terga fugæ:
Conſtitit in rutilis ut Scanderbegius armis,
Erupitq; oculis flamma, labriſq; cruor.
Sæpius ad ſolum conterrita Suecia nomen
Palluit, & manes nunc ſtupefacta tremit.
Nam niſi victor humo deceſsit, & ardua victrix
Mens quoq; fortunæ iam ſuper aſtra volat.
Iamq; Ducis ſeptem totos mihi nota per annos,
Conſilium, Virtus, Dextera, corda, fides.
Non melius contra Troiam pugnabat Achilles,
Et non pro Troia fortior Hector erat:
Nec belli ulterius fama eſt diſperſa per orbem,
Inclyta quàm tanti gloria ſpeſq; Ducis.
Quem ſi nuper ego potuiſſem audire monentem,
Aequora cum duro frigore ſtrinxit hyems:
Sed te nunc gemitu fruſtrà votiſq; requiro,
Te decorant lachrymis Martia caſtra ſuis.
Cœrula te plorat ſub fluctibus Amphitrite,
Ingemit & tinctis Hafnia celſa genis.
Rex etiam amiſſum: ſed deſino, nec mihi queſtus
Sarcire hæc poterunt damna, ſed ipſe Deus.

CIM.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

CIMBRIAE RE-
SPONSIO.

NOn equidem ſuperos aulæ cœleſtis honores
Invideo Iuveni, qui fortunata frequentat
Concilia Heroum, terris quos extulit altè,
Et cœlo æquavit Virtus, ubi cernere coram
Tot datur illuſtres animas, vultusq́; tueri
Rantzovij patris antiquos, & luce potiri
Communi, celeresq́; poli mirarier orbeis:
At terris queror ereptum florentibus annis,
Et tot dona ſimul præerepta: nec acrius ullum
Virtutis ſtimulabat amor, vis ignea menti,
Egregiusq́; decor membris, & plurimus amplæ
Frontis honos, oculiq́;, tremens ceu flam̃a, mican-
Voxq́; infracta ſono, veſtigia ſtirpis avitæ: (tes,
Qui priſcum Herminiũ ſumtis præſtaret in armis.
Hunc dudũ agnovi generoſum Cymbria partũ,
Auſoniæ metuenda olim, domitrixq́; Quiritum.
Hunc ſibi gens Chriſti in Turcę Heſperiæq́; furorẽ
Depoſcens, magno afflictis optaverit emptum.
Iamq́; adeò concuſſa dolet Germania luctu,
Amiſſumq́; gemit laceros diffuſa capillos:
Qualis cõveniens iuxta Tyberina fluenta,
Marcelli ad tumulum doluit Mavortia Roma.
Aeternum ergò Heros ſalve fortiſsime, ſalve
Rantzovij clarum generis decus, optima dicent
Facta tua extremo poſitæ ſub cardine gentes,
Germanamq́; fidem extollent, hauſtosq́; labores.
Quantum ô præſidium, quantam & ſpem Danis
Quo ſalvo regnis equidẽ nil triſte timeres, (perdis,

Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Et quamvis cumulet ſtrages, & cuncta cruentet,
Haud impune tamen renovâſſet Suecia Martem.
At tu, magne Heros, nunc cum conſorte laborum
Franciſco, dederat quem ſtirps Brochuſia, terras
Diſcordes obitu liquiſtis, & altera regna
Vnanimes colitis, quos ſancto fœdere iunxit
Vna fides, atq; unus amor, mors ſuſtulit una.
Illinc deſpicitis viles ex æthere curas,
Et tumidos faſtus, inceptaq; callida mentis:
At potius, multos quæ vicerit una triumphos,
Optatis pacem: date pacem optantibus alba
Lilia, Narciſſumq;, immortalesq; Amaranthos,
Et caro cineri extremum perſolvite munus,
Ad Boream cui Mars ſtruxit pater ipſe ſepulcrum.
Vita hæc eſt flori ſimilis, qui naſcitur horto, (nens,
Mane levans pulcrum caput, ac mox veſpere po-
Momentoq; hominum res omnis vertitur uno:
Aeternum at ſuperat virtus, magni æmula Solis,
Luſtrantis cœlum radijs, terrasq; calenteis,
Et fruitur famæ nunquam morientis honore.
At tibi ductores fidos, victriciaq; arma
Sufficiat, ſolo qui temperat omnia nutu.

Calend. Decemb. Anno M.D.LXIX.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Grabſchrifft Daniel Rantzowen Feldoberſten/ auff Teutſch.

NAch dem der geſtreng vnd Ehrnveſt Da-
niel Rantzow / Goſchen Sone / Inhaber der
Häuſer Nyenhoves/Troieburgk vnd Wolden-
horn/etc. der König. Maye. vnd dem Reich zů
Dennemarcke/vor einen Feldoberſten / gegen Schwe-
den vnd derſelben König / faſt in das ſiebend Jar ge-
dienet / vnnd inn derſelben zeit / mit den Feinden viel
Scharmützel vnd Schlachtung gehalten/darunter die
fürnembſte auff Aſturffheide geweſen / da er mit vier
tauſent Man/26000. auß dem Felde geſchlagen/vñ
inn Schweden biß anher vnerfarne Wege eröffnet/
vnd in dem harten Winter/vngeachtet der Feinde ge-
waltige verhinderung / vnnd tägliche Profiant abſtri-
ckung/gezogen. Drey Feldoberſten mit ſeinem Hauf-
fen gefangen / Vnd als hernacher König Erich in ge-
fengnus geraten/vnnd König Hans / die durch beide
Reichs Rethe gemachte Friedshandlung hinderzo-
gē / darüber folgents das Hauß Wahrburgck von der
König. Maye. zů Denuemarck ſelbſt belagert / dar-
für iſt er durch den Kopff erſchoſſen / welches Haus
ſich hernacher ergeben müſſen / Vnd ſonſt allezeit ſich
trewlich/ehrlich/Mannlich / vnnd Ritterlich in ſeinem
Dienſt/gegen ſeinem König vnnd Herrn / dem Reiche
Dennemarcken vnd ſeinem Vatterland zů gůtem/ver-
halten/dafür auch ſein leben gelaſſen. So hat Heinrich
Rantzow ſeligen Herrn Johans Son / der König.
Maye. zů Dennemarcken etc. inn den Fürſtenthum-
ben / Stathalter / ſeinem freundlichen lieben Vettern

vnd

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

geweſenen gütem Geſellen vnd Freunde / diß zü einer gedechtnis / jhme zü ehren / vnnd anzeigung jhrer vntereinander gehabten Freundſchafft / bey ſeinem Grabe auffrichten vnd ſetzen laſſen.

Vnd iſt erſchoſſen worden im Jar nach Chriſti geburt M.D.LXIX. am xj. tag des Monats Novembris zwiſchen zehen vnd eilff vhren.

Naſcendo morimur, properantia reſpice fata,
Dumq; vales mente & corpore, diſce mori.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

EXCVDEBATVR AR-
gentorati per Bernhardum
Iobinum.



M. D. LXXIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]

2937.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2937 8° [40:1,-392]